

**www.e-rara.ch**

## **Tractatus de regimine seculari et ecclesiastico**

**Reinkingk, Theodor von  
Basileae, anno 1623**

**Universitätsbibliothek Basel**

Shelf Mark: Nd VII 9

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-76963>

Classis IV

---

### **www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Committitur † præterea crimen læsæ Majestatis æquè in SS Regem Romanorum atque Imperatorem, *Bart. in extravag. ad reprimendum. vers. Reges. Restaur. Castala. de Imp. Rom. q. 46. n. 3. Schrader. de Feud. p. 9. c. 4. n. 7. Mynsing. conf. 44. n. 10.*

Hoc tamen præter alia discriminis inter utrumq; observavi, † 56 quòd Imperator Regi Romanorū tribuat saltèm titulum Seiner Liebden. N. N. zu Speyer de Anno 1544. §. Und diemell aber wir. Rex verò Romanorum Imperatori adscribit Majestatem, *d. Recept. Spi. vers. de Anno 1542. §. Damit auch solcher Ordnung. §. Wurde sich aber. N. N. zu Wormbs de Anno 1545. §. Wie dann auch seine Liebe. Ordin. Cam. p. 1. tit. 1. & passim in imperii Constitutionibus.*

Præterea, Rex Romanorum † Imperatorem Dominum 57 suum appellat, *N. N. de Anno 1555. in fin. §. Gotches alles vnd jedes / wie obgeschriben. ibi: Die Keyfertiche Majestät vnsern lieben Bruder vnd Herren: Imperator verò Carolus Ferdinandum Regem Romanorum simpliciter fratrem suum appellavit, vnsern freundtlichen lieben Bruder. dd. Receptib. Alias differentias vid. apud Arism. discurs. 2. ad Aur. Bull. quest. 21.*

## CLASSIS IV.

### CAP. I.

DE MEMBRIS IMPERII ROMANI, h. e. Statibus & Proceribus, & quæ requirantur, ut aliquis sit & dicatur Status imperii, secundum hodiernum imperii stylum.

HACTENUS de Capite imperii Romani, Imperatore videlicet, & ejus Vicario perpetuo, Rege Romanorum; nunc ad Membra, h. e. Status & Proceres imperii Romani transitum faciemus. Hi namque Status, † vulgò Stände des Reichs / 1 membra Imperii Romani in pragmaticis Constitutionibus appellantur, per ea, quæ supra Class. 3. cap. 1. adducta sunt. De his itaq; Statibus primò in genere breviter agemus. Deinde ad specialia progrediemur.

Sunt autem Status † imperii, immediati imperii cives, qui 2 Cæsaris & communi Procerum imperii consensu in album sive matriculâ imperii recepti sunt, eâ lege, ut Cæsari, atq; ein Christlich

corpus vñd Versambtungs/ ut loquitur Maximil. I. in R. A. de An. 1512. in fin. pr. de usu imperii in Comitibus proponenti consilio & suffragiis adsint, & occurrere necessitate, certum censum in matricula expressum pensitent, vel subsidium militare præstent, confer Geil. 1. obs. 21. n. 2. Matth. Steph. de iurisd. lib. 2. p. 1. c. 4. n. 27.

3 Quamobrem ut aliquis censeatur Status † imperii, hæc quatuor requiruntur:

4 1. Ut sit in matricula seu albo imperii receptus, † in des Reichs Matricul. Nam sicut hæc militem aut cohortalem, l. quicumq; C. de cohortal. l. 2. 3. C. de comitat. item civem & studiosum, l. 1. l. 2. C. de primicer. Barr. in l. fin. C. de reb. cred. Rebuff. de privileg. Scholar. privil. 147. n. 5. Ernest. Coshman. resp. Academic. 14. n. 23 & resp. 18. n. 21. & resp. 21. n. 12. Mascard. de probat. concl. 1297. ita etiam imperii Statum arguit. Frider. II. de processib. c. 67. n. 4.

5 2. Dicta † autem est Matricula per diminutionem à Matrize; quæ non raro pro prima scriptura sumitur, ex qua aliæ traducuntur. Sic apud Sueton. in Augusto, Palma matrix dicitur, à qua velut à matre palmites alii procedunt, Didac. Covarruv. pp. 99. c. 19. n. 2. Dicebantur † etiam olim Matrizes libelli, in quibus Cæsareo Fisco pensitantes descripti continebantur, Bud. ad l. 1. de edend. Geil. d. obs. 71. n. 3.

7 3. Usurpatur præterea Matricula pro libello, in quo series & ordo quorundam hominum continetur, in l. matricula. C. de agentib. in reb. Covarruv. d. c. 19. n. 2. Et hæc significatio magis quadrat ad nostrum propositum. Siquidem Matricula † imperii nihil aliud est, quam album, in quo nomina civium immediatorum & Statuum imperii conscripta continentur: Eamq; in aula sua 8 Elector † Moguntinus, tanquam Archicancellarius per Germaniam habet, & apud eum Matriculæ editio, decretis in Camera imperiali compulsorialibus, peti solet, vñd wirdt auß dem Meyntzischen atß auß des H. Reichs Canzley edirt; atq; ita factum in causa Fiscalis contra Bayern vñd Dirnberg/ ut notat Ryland. de Commissar. p. 2. lib. 5. c. 4. n. 11. 12.

9 Quamobrem Fiscus intentionem † suam habet fundatam ex albo vel matricula imperii, c. cum person. de privil. in 6. c. cum dilectus. de relig. domib. Geil. d. obs. 21. n. 4. quæ tum semiplenam probationem, tum præsumptionem, ut ex multis præiudiciis patere dicit Auctor decis. seu præjud. Cameral. verb. Matricula. ut in causa Fiscalis contra Spiegelberg/ de An. 1550. item Fiscalis contra Lemgau/ & similibus. Ernest. Coshman. d. resp. 28. n. 21. & resp. 21. n. 12. Et in pleno senatu conclusum esse, huiusmodi descriptionibus Statuum à

Fiscali

Fiscali productis standum esse. Et vice versâ, terra, † quæ non 10  
reperitur in imperii Matricula, nec etiam tm *Unschlag des Reichs*/  
non præsumitur per se esse territorium & immediatè sub im-  
perio, sed esse de alicujus Principis provincia, & ejus superiori-  
tati subjecta, per ea quæ tradit *Iohan. Gadd. in respons. jur. de restis.*  
*Baron. Vallend. n. 212.*

Cùm verò variantes † reperiantur imperii Matriculæ, ante. 11  
riores & recentiores, *Reichsner. tom. 3. decis. 6. fol. 66.* dubitatum  
aliquando, quænam debeat valere, uti factum in causa des *Here*  
*rogen von Braunschweig contra die Stadt Braunschweig/ teste Besold.*  
*de jurisd. imper. 9. 8.* Brunsvicensis namque civitas † veteribus 12  
imperii matriculis inserta reperitur, in recentioribus verò ommissa  
est. In hac autem incertitudine ad illam † recurrendum est, quæ 13  
Anno 1521. elaborata, vel meliorem, consilio consensuque  
Ordinum factam, donec moderatorum judicio emendetur,  
*N. U. de Anno 1557. §. Nachdem auch. de Anno 66. de Anno 76. §. Wann*  
*auch. & passim. Denais. in jur. Cameral. tit. 191. §. 9. Knich. in Encyclopæd.*  
*c. 7. fol. 21. Zachar. Viet. de exempt. concl. 5.*

Secundò requiritur, ut sessionem † & votum in Comitibus ha. 14  
beat, daß er *Stim und Stand in Reichs versambtungen habe.* *N. U.*  
*de Anno 1548. §. Wann auch ein Aufgezogener.* Qui enim ad co-  
mitia † imperii circularumque conventus evocantur, & in sacro 15  
isto consessu pedem figere audent, pro Statu imperii habentur,  
*Geil. d. obs. 21. n. 9. Auctor Decis. Cameral. verb. Status imperii. vers. An*  
*Princeps I. G. fol. 325. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 4. n. 45.*  
adè ut unico † actu comparitionis vel consultationis quasi 16  
possessio Status imperii acquiratur, *Vietor d. conclus. 5.* quia ne-  
mo admittitur † ad consilium & senatum imperii, nisi sit con- 17  
fors imperii, & par curiæ imperialis, & sic immediatè imperio  
subjectus, *arg. l. honores. §. is qui. ff. de decurion. & l. 2. C. eod. Geil. d.*  
*obs. 21. n. 9.*

Quamobrem licèt aliquis ut immediatus † sit in Matricula, si 18  
tamen ad Comitibus nō vocetur, Status imperii non habetur. Non  
enim statim † ut quis est immediatus, est etiam Status; quia multi 19  
sunt immediati, qui tamen non sunt Status, *N. U. zu Wormbs*  
*de Anno 1564. §. Wnd wollen wir als Römischer. ibi: Gegen denen / so*  
*Mit Stände des heiligen Reichs/ jedoch dem heiligen Reich immediatè*  
*unterworffen/ &c.* Sic Nobiles † in Franconia, Suevia & ad tractum 20  
Rheni, die freye Reichsritterschafft/ licèt sint immediati, non tamen  
sunt Status imperii, quia jus Comitiorum non habent.

Quoties namque plura † conjunctim requiruntur, non suf. 21

ficat alterutrum adesse vel impleri, *l. si quis ita stipulatus fuerit decem. ff. de P. O. l. si hæredi plures. de condition. instir.*

- 22 Si tamen aliquis de novo † in Statuum numerum sit cooptatus, licet nullam adhuc in Comitibus actu sessionem consecutus sit, Status dicitur, cui Imp. citra imperii alteriusve præjudicium, de loco opportuno prospicit, *R. N. de Anno 1570. circ. fin. §. Nach dem.*

Et quamvis hæ sint potissimæ qualitates, quæ etiam suffi-  
ciunt ad probandam quasi possessionem Status imperii; pro

- 23 Tertio tamen eandem arguit, si quis indictiones † & collectas imperio immediatè pro rata sua quolibet tēpore solverit, *R. N. de Anno 1548. §. Wann auch ein Aufgezogener. ibi: Wnd wider ihn dars bracht werden möchte/ das er je in Menschen gedächtnuß / in des Reichs gemeinen vñ nicht privilegirtē hülffen contribuiert, &c. Geil. d. O. 21. n. 9.*

- 24 Si tamen priores duas qualitates † quis probaverit, intentionem fundatam eum habere putarem, etiamsi probare non posset præstationem collectarum; quia fieri potest, ut aliquis privilegio vel præscriptione sit immunis ab hoc onere.

- 25 Pro Quarto requirunt, ut territorium cum omnimoda † jurisdictione & regalibus, quorum vigore Imperatorē in suo territorio repræsentat, immediatè ab vel sub imperio possideat. *Geil. d. obs. 21. n. 9. Gylman. in symph. supplic. tom. 1. p. 1. s. 3. vol. 7. n. 18. Wehner. in obs. præf. verb. Stand des Reichs. Nam in hunc, qui non est*

- 26 immediatè † sub imperio, non potest cadere causâ juris sublimis superioritatis territorialis, & omnimodæ jurisdictionis, quæ est, quòd quisq; Princeps & Comes in suo territorio jura summi Principis exercent, h. e. possit ea in suo, quæ Imp. in universo. *Menoch. conf. 75. n. 36. conf. 307. n. 1. Knich. de sublim. territ. jur. c. 1. n. 361. & seqq. Schrader. de Feud. p. 10 sect. 1. n. 227. Wessenb. conf. 27. n. 29.*

- 27 Hac tamen in re maximè consideratur † originis ratio, si sc. origine sit Status, quamvis fortè nulla bona immediatè habeat sub imperio, quod ita consideratum in causâ Hoheneck contra Rheineck testatur *Auct. Decis. Camer. verb. Status imperii. Sunt enim*

- 28 distincta † Status imperii & territorii jura, & subiectio immediata † sine territorii jure subsistere potest, *Andr. Knich. in velut. A. polog. n. 13. 14. 110. 120. 131. ideoq; hoc quartum requisitum † non est perpetuum, & in omni subiecto necessarium.*

- 29 Quid verò, si aliquis Status teneat quidem districtum aliquem immediatè ab imperio, sed tamen in alterius Principis vel Status districtu bona possideat, ane ratione illorum bonorum erit subditus illius Principis, & non Status immediatus?

Andr.

Andr. Geil. de Arrest. c. 6. disting. hoc modo: Aut Status † sim- 31  
 pliciter ob patrimonii amplitudinem sub alio Statu & consorte  
 imperii, bona libera & immediatè à Cæsare & imperio depen-  
 dentia possidet jure proprio & imperii, (qualia bona plurima  
 Archiepiscopus Moguntinus hinc inde sub aliis Principibus  
 dispersa possidet) ratione etiã illorum bonorum Status impe-  
 rii manet: Si verò non jure proprio † & imperii principaliter, sed 32  
 jure municipali, vel jure contractus aut universalis aut particu-  
 laris successionis teneat, aliud dicendum esse; quia res transit  
 cum sua causâ & onere, l. cum mater. C. de rei vind. l. traditio. de ac-  
 quir. rer. domin. cum similib. neque quempiam possessionis † suâ 33  
 causam mutare posse, sed personam sui auctoris repræsentare,  
 jure constitutum est, l. 3. §. illud quoque. & l. Pomponius. §. cum quis.  
 de acquir. possess. tum etiã, quòd eadem persona, † diversis re- 34  
 spectibus pro imperiali & Municipali considerari possit. R. N.  
 de Anno 1548. §. Much der Graffen von Tübingen.

Verùm non desunt rationes, quibus simpliciter dicendum  
 videtur, bonorum † possessionem personam non afficere; quia 35  
 sola bonorum possessio subditum non facit, l. libertus. §. sola.  
 ff. ad Municip. Vultej. 1. Feud. cap. 6. n. 5. Meichsner. Tom. 2. lib. 1. decis.  
 6. n. 58. neq; publici juris † auctoritas propter solam domus vel 36  
 possessionis causam aliquem subjugari sinit, inquit Imp. in l.  
 4. C. de incol. Nam persona, † tanquã principale trahit ad se qua- 37  
 litatem bonorum tanquam accessorium, l. in pecudum. de usur. l.  
 nam us principalis. de reg. jur. l. fin. C. de inoff. test. Petr. Anchoram. conf.  
 12. n. 2. Steph. Bertrana. conf. 121. n. 3. vol. 3. & mutatâ † conditione 38  
 personæ, rerum quoque status mutari videtur, l. si quis postea. de  
 re jud. Ernest. Cothman. resp. Academ. 27. n. 57. & seqq. ubi latè hoc ar-  
 gumentum examinat. Don Garf. Mastrell. de Magistratib. lib. 4. c. 5. n. 5.

Neque huic adversatur, quòd ratione bonorum † aliquis so- 39  
 rum sortiatur & conveniri possit coram eo, in cujus districtu  
 bona sunt sita, l. pupillo. 27. de tutor. & cura. dat. ab his. l. Titium &  
 Maximus. 47. §. Tutores. de administr. sus. l. fin. C. ubi in rem act. c. sanc.  
 c. fin. de for. compet. Quia hoc argumentum omninò à separatis  
 inferitur: quia aliud † est, forum sortiri; aliud, subditum esse, 40  
 Geil. 2. 0. 36. n. 15. Nam & ratione contractus † in loco, ubi quis 41  
 contraxit, forum sortitur, l. 19. §. 1. de iud. l. 65. eod. tit. C. ubi de  
 crimin. agi oport. Nov. 15. c. 6. §. 1. Novell. 60 cap. 1. Et Vasallus coram  
 Domino feudi, c. ceterum. de judic. Et Dominus † coram Paribus 42  
 Curie, h. e. Vasallis suis forum sortitur & conveniri potest, si  
 cum Vasallo lis sit in cau' a feudum concernente. c. 1. §. si inser. de

*alienat. feud. patern. c. 1. de feud. sine culp. non amitt. Clar. in §. Feudum. c. 12. conclus. 12. Myns. l. O. 99. & 5. obs. 74. Zas. de Feud. p. II. n. II. quis tamen diceret propterea Dominum fieri subditum Parium?*

Major est controversia, si non solum bona quis in alieno possideat, † sed etiam domicilium habeat, an tunc censeatur subditus? Nam domicilium est † potissima subjectionis & jurisdictionis causa, *l. civis. C. de incol. lib. 10. Clem. 1. de for. compet. & propriè subditus quis dicitur ratione domicilii, Bald. in l. 1. C. si à non compet. jud. c. licet ratione. de for. compet. Geil. 2. O. 35. n. 2. Meichsner. d. decis. 6 n. 4. ut in causa multum celebri Ortenburg contra Bayern disputatum fuit. confer Matth. Wehner. in pract. observ. verb. Landsasserey vnd Landsassen.*

Verum neque hoc ad induendam † subjectionem sufficere videtur, cum dignitas personæ & publici juris auctoritas, propter rerum conditionem non muretur, *l. 1. C. de imponend. lurat. descript. cujus rei plurima refert præjudicia Auct. decis. Cameral. verb. exceptiones. fol. 120. Ziegler. in commun. conclus. ad prax. Calvol. §. Landsassia. n. 17. Sed in eo majus lumen offuscat minus, illudque quasi ad se trahit, c. in dubiis. de consecrat. cap. 1. eod. in 6. & potentius † ad se trahit minus potens, eique communicat suam dignitatem & privilegia, *l. queritur. ff. de stat. homin. Iohan. Baptista**

*Coffe. de quot. & rat. q. 94. n. 3. Personæ † autem conditio potior & dignior conditione & qualitate rerum, qua de re pulcrè Zachar. Victor contra Geil. differit de exempt. concl. 30. & concl. 27. Et tantum de qualitatibus, quæ arguunt & constituunt aliquem Statum imperii.*

## CAP. II.

## DE STATVVM ET MEMBRORVM IMPERII distributione in circulos.

DISTRIBUTI fuerunt olim Status in sex † circulos (vulgò Kreitse) à Maximiliano I. Imperatore, videl. in Francicum, Bavaricum, Suevicum, Rhenanum, Westphalico-Belgicum usque ad Mosam, & Saxonicum, *N. N. von Ordnung des Regiments de Anno 1500. sub tit. Wie sechs Nächte auß den sechs Kreisen. & in Ordin. Camer. Constant. de Anno 1507. sub tit. Wann das Cammergericht*

angehen soll. Hisce † postea necessitate publicâ urgente divisio Saxonico & Rhenano, quatuor ab eodem Maximil. I. Imp. additi circuli, Austriacus, Burgundicus, Electoricus Rhenanus, & superior Saxonicus, *N. N. zu Trier vnd Cöln de Anno 1512. §. Darauf*

haben

Haben wir. quâ circularum distributione postea repetitâ Carol. V. † qui Status cuique circulo subsint, determinavit, *R. N. in 3*  
*Nürnberg de Anno 1522. sub tit. Erklärung des Landfriedens. hoc ordine & modo, ut AUSTRIA cum Comitatu Tirolî primum.*

Secundum BURGUNDIA cum suis provinciis.

Tertium, QUATUOR ELECTORES AD RHENUM, Moguntinus, Trevirensis, Coloniensis, & Palatinus.

Quartum ELECTOR SAXONICUS & BRANDENBURGENSIS; Item Episcopi, Misnensis, Mersburgensis, Naumburgensis, Brandeburgensis, Havelburgensis, Libusienfis, Principes Saxonix, Pomeranix, cum Comitibus & Baronibus eorum territorio adherentibus.

Quintum FRANCICUM, Episcopus Bambergensis, Würzburgensis, Lichstadenfis, Marchiones Brandenburgenses, Prælati, Comites, Barones & Civitates vicinæ.

Sextum BAVARICUM, Archiepiscopus Saltzburgensis, Episcopus Ratisbonensis, Frisingensis, Passavienfis, Comites Palatini, Duces Bavarix, &c.

Septimum SUEVICUM, Episcopus Churiensis, Constantiensis, Augustanus, Duces Württembergenses, Marchiones Badenses, &c.

Octavum RHENANUM, Episcopus Wormatiensis, Spirensis, Argentinus, Basiliensis, Abbas Fuldenfis, Duces Bipontini & Simerenses, Duces Lotharingix, Landgravii Hassix, &c.

Nonum WESTPHALICUM, Episcopus Padebornensis, Leodiensis, Trajectensis, Monasteriensis, Osnaburgensis, Duces Juliacenses cum unitis Ducatibus & Comitibus, Comites Nassoyenses, Seinenfes, Isenbungenfes, & vicini Comites, Prælati & Civitates imperiales.

Decimum INFERIOREM SAXONICUM constituunt, Archiepiscopus Magdeburgensis, Bremensis, Episcopus Hildesimensis, Halberstadenfis, Lübeccensis, Mindensis, & Verdensis, Duces Brunsvicenses, Lüneburgenses, Megapolitani, Duces Holsatix & Sleswicenses, Prælati, Comites & Civitates imperiales his finitimæ.

Et hi ordinariè singulis † annis semel, & necessitate flagitante sæpiùs conveniunt, ac de contributionibus, monetis, præsentatione adfessorum, executionibus contra contumaces faciendis deliberât, *Rulands. de Commissar. lib. 5. c. 4. pars. 2. n. 54.* Ac de horum circa pacis publicæ conservationum & executionum jure plurima ex variis imperii constitutionibus tradit *Petr. Denais. in*

- jur. Camer. tit. 212. verb. Pacis publicæ conservatio. & trib. seqq. & in verbo, Monetarium editum. §. 13. 31. & 33. in verb. Commercia. §. 7. verb. moderationum causa. §. 1. Habent hi circuli jus † Archivi, & nemo in hisce admittitur præter Status imperii, Rylandi. d. loc. n. 55.*
- 6 Hic tamen notandum, quoties in Comitibus † circulariter aliquid deliberandum decernitur, in sex tantum contrahi, *referentie Matth. Wehner. in observat. prætic. verb. Stand des Reichs. Idem est*
- 7 in præsentatione † Adfessorum, quæ ad 6. circulos pertinet, *Ordin. Camer. p. 1. tit. 2. R. U. de An. 1566. §. Vnd sollen vnser vnd des heiligen Reichs, Petr. Denais. in jur. Camer. tit. 12. §. 2. verb. adfess. nominatio.*

## CAP. III.

DE STATVVM DISTRIBUTIONE IN  
tres classes; & in specie de Electoribus, qui in  
prima classe collocantur.

- 1 SECUNDÒ distribuuntur vel potiùs distinguuntur & collo-
- 2 cantur Status † imperii in tres classes, Electorum scilicet, Principum & Liberarum Civitatum. Rectè autem in prima classe † Electores collocantur, qui membra sunt capiti proximiora, *Aur. Bull. tit. 2. §. Vnd wiewol von alter. ibi: Allen vnd jeden Geistlichen vnd Weltlichen Churfürsten/ so für die allernähste Glieder des H. Reichs/ ic.*
- 3 Supremi † Patres & Senatores Imperii, die obersten Väter vnd Rahsgeber Teutscher Nation/ uti seiplos appellant *apud Horstleder.*
- 4 in Reichshandlung. lib. 1. c. 37. n. 511. Nobilia imperii fulcra † & Proceres, sacrum ædificium circumspicte Prudentiæ pietate sustentantes, *Aur. Bull. tit. 3. in pr. quorum præsidio dextera imperialis potentiæ roboratur, ibid. Quive imperio † caput eligere possunt, Aur. Bull. tit. 1. in pr. & tit. 2. §. Ich Erzbischoff. Unde non*
- 6 immeritò Regibus † comparantur, *Heig. p. 1. q. 3. n. 51. Dan. Moller. l. semestr. 40. n. 1. Arum. in Aur. Bull. discurs. 3. conclus. 11. ubi ex Lutheri Dischrede cap. 38. notat, daß die Churfürsten den Königen schreiben/ Ewer Liebe/ vnd nicht/ Ewer Gnaden/ dann sie sind den Königen gleich geachtet.*
- 7 De horum origine † variæ sunt scriptorum sententiæ, ita ut vix aliquid certi de ea inferri possit, cùm in vetustis initium facile ignoretur, *l. si arbiter. 28. de probat. Wesenb. in paratit. ff. de legib. sub n. 9. Neminem tamen meliùs & accuratiùs eâ de re scripsisse, quàm Heigium in illustr. q. 3. & seq. asserit Rylandi. in tract. de*
- Commis-*

*Commissar. & Commission. p. 2. lib. 5. c. 4. n. 18.* qui enumeratis & refu-  
 tatis multorum sententiis, ita concludit: Ab initio Electores sub  
 Ottone III. † constitutos, ut electionem deinceps de Impera-  
 tore habendam, veluti Principes Senatus moderarentur, & reli-  
 quorum auditis suffragiis, & collectis votis id tandem statue-  
 rent, quod è Republ. esse cognoscerent: donec attritis familiis  
 præcellentioribus, & motâ intestinâ dissensionibus Germaniâ,  
 & hinc perperam elicitis à studiosis factionum promiscuis suf-  
 fragiis, utilissimum visum fuit, in strictius Electorum consilium  
 rem totam revocare. Quod occultis primùm initiis cœptum, &  
 patientibus cæteris Principibus aliquot annos usurpatum, de-  
 mùm Ludovici Bavari aut certè Caroli IV. sanctione promul-  
 gatâ sic stabilitum, ut ab eo tempore pacatiora comitia & suf-  
 fragia circa Electiones pauciora imperium diviniâ sic dispen-  
 sante providentiâ habuerit, cui sententiæ viri doctissimi in hac  
 incertitudine & ego adhæreo.

Appellati sunt etiâ Electores à numero septenario Septem-  
 viri, † sicut olim Romæ Duumviri, Triumviri, Decemviri. Ex his-  
 ce tres sunt Ecclesiastici, † quatuor Seculares.

Inter Ecclesiasticos Archiepiscopus Moguntinus primum lo-  
 cum obtinet, unde etiam Collegii Electoralis Decanus dici me-  
 ruit, *Castald. de Imperat. q. 8. Buxtorff. in dissert. Aur. Bull. conclus. 15.*  
 & jus convocandi Electores habet, *Aur. Bull. tit. 1. §. Wann es  
 darzu kommen. & perquirendi vota ex aliis, Aur. Bull. 2. 4.*

Secundus est Archiepiscopus Trevirensis, † cui prima vox & 10  
 votum in electione Imperatoris ex Aur. Bull. Carol. IV. com-  
 petit, *d. tit. 4. §. Zum ersten sollter fragen.* quamvis hodiè aliud ob-  
 servari videatur, *ut supra monitum.*

Tertius in ordine Archiepiscopus Coloniensis, † cui compe-  
 tit dignitas & officium Romanorum Regi primùm diadema  
 Regium imponendi, *d. tit. 4. §. Zum andern.* de quibus & hi no-  
 tantur Versiculi:

*Treveris ætate, sed rerum proprietate*

*Gaudet Agrippina, sed honore Moguntia prima.*

Hunc sequitur Rex Bohemiæ, † qui inter Electores Seculares, 12  
 ex Regiæ dignitatis fastigio, jure & meritò obtinet primariam,  
*Aur. Bull. tit. 4. §. Zum dritten.* Non nihil enim regiæ dignitati de-  
 cedere videri posset, si non primum locum teneret Bohemus.

Verùm huic pro ratione dubitandi adversatur quod suprâ  
 traditum, Electoralem dignitatem † comparari & adæquari re-  
 giæ: De æquiparatis autem idem est iudicium. Et quando una  
 res

15 res ꝛ adæquatur ad aliam, tunc illi rei, ad quam fit exæquatio, nihil adjicitur, sed rei adæquatæ attribuitur, quicquid est plus juris in ea, ad quam fit exæquatio, *Bart. in l. 1. n. 2. de legat. 1. Gylman. in symphorem. supplic. tom. 1. tit. 3. vol. 6. n. 18.* Si ergo electoralis dignitas æquiparatur regiæ, ꝛ non videtur propterea primus locus tribuendus Regi Bohemiæ, quod sit Rex, cum & alii eadem dignitatis prærogativâ censeantur.

Sed huic respondetur, quod Rex Bohemiæ non solum sit  
17 Elector, ꝛ sed etiam Rex, adeoque non solum æquiparetur Regi propter Electoralem dignitatem, sed etiam revera est Rex &  
18 regiâ dignitate præditus. Unde habens dignitatem ꝛ duplicem, præfertur habenti unam, *Pet. Calefat. de equestr. dignit. n. 53.*

19 Sic in Constitutionibus imperii Politicis, Nobilis, ꝛ qui Doctor aut eques est, illi, qui tantum, Nobilis est, præfertur. *N. N. zu Augsburg de Anno 1500. sub tit. Von ubersässigkeit der Ritter. §. Item die vom Adel/so sienoch nicht Ritter oder Doctores sind/ sollen kein Gold noch Perlen öffentlich tragen.*

20 Sic Cardinalis Episcopus ꝛ Cardinali non Episcopo præfertur, sicut & Cardinalis Presbyter Cardinali Diacono, *Clement. 2. §. irritum. de elect. c. clericos. distinct. 21. cap. oportebat. distinct. 79. quos textus allegat Don Garf. Mastrill. de Magistratib. lib. 4. cap. 13. n. 61.*

21 Reliqui autem Electores, quamvis comparentur Regibus, ꝛ Reges tamen nõ sunt, sed Duces, Marchiones & Comites: aliud namq; est, Regem esse; aliud, jure Regis censei: sicut aliud est, feudum antiquum esse; aliud, jure feudi antiqui censei, *Anton. Fab. in consultat. de Ducat. Montisferr. pro Duce Sabaud. fol. 55. in pr.*

22 Comparatum ꝛ enim comparato simile quidem, sed non idem est, unde & nominibus & insigniis Regum carent, *Arum. ad Aur. Bull. discurs. 3. concl. 11.*

23 Hinc etiam Bohemus præ Regibus ꝛ aliis hoc præcipuum habet, ut Regem quemcunq; alium, quacunq; etiâ dignitatis prærogativâ fulgentem, in actibus ad Curiam imperii spectantibus, antecedit, *Aur. Bull. tit. 6. adeo ut etiâ Imperatrici sive Augustæ eâ in re præferatur, Aur. Bull. tit. 22. Sixum. de regalib. lib. 1. c. 4. n. 20.*

Secundò in dubium etiam vocatur à quibusdam, Num Rex  
24 Bohemiæ pari cum reliquis Electoribus ꝛ electionis jure utatur? Sunt enim, qui asserunt, Regem Bohemiæ non esse ꝛ vo-  
25 candum, nisi alii discordent, *Petr. de Mont. tract. de potest. Pontif. rubr. de Imper. Majest. origin. & Petr. de Andl. de Imper. lib. 2. c. 2. & velut arbitrum saltèm honorariis, si paria vota discrepantia in electione*

Stione fuerint, intervenire, *Ioh. Norderman. de jur. Principat. conclus. 84. Petr. Calefar. de eques. dignit. n. 121.*

Sed quicquid olim fuerit, hodiè † res satis expedita & mani- 26  
 festa est ex Aurea Caroli IV. Bulla, in qua tit. 3. §. Sum drien.  
 expressè constituitur, quòd tertium votum ex Rege Bohemiæ  
 Elector Moguntinus perquirere debet, ideoque non tunc de-  
 mùm, quando discrepantia sunt aliorum Electorum vota; aliàs  
 enim perquisitis priùs & discrepantibus aliorum votis, Regis  
 Bohemiæ votum perquirendum esset.

Tertiò, dubium videri posset, Regem Bohemiæ non esse Ele- 27  
 ctorem, cùm non sit Status † imperii; Omnis namq; Status im-  
 perii vocatur ad comitia & habet sessionem & votum in illis,  
 hat Stiñ vnd Stand in Reichsversambtungen. N. A. de Anno 1348. §.  
 Wañ asch. Geil. 1. O. 21. n. 6. Et alii supra alleg. Bohemiæ autem Rex  
 † hodiè cõventibus & imperii Comitii ordinariis non interest, 28  
 neq; ad ea vocatur, *Freher. ad Petr. de Ancl. lib. 2. c. 2. Besold. de ju-  
 risdict. Imper. 9. 8. in fin.* Si ergo nemo ad senatum & consilium  
 imperii admittitur, qui non est Status imperii, *Geil. d. observ. 21.  
 n. 9.* neque Rex Bohemiæ ad sanctius Electorum consilium ad-  
 mittendus videtur. Huic dubio respondetur, † quòd inanis de 29  
 ea quæstione censeatur disputatio, ubi clara constitutionis est  
 determinatio, *l. ancillæ. C. de furt.* neque cognitis rebus diù im-  
 morandum, *Symmach. lib. 1. Epist. 69.* Clara autem hac dere est  
 in Aur. Bull. loco supra allegato constitutio, quòd Elector sit.

Deinde respondetur; † Licet Rex Bohemiæ ad universalialia 30  
 imperii Comitia non vocetur, ad particularia tamen Electo-  
 rum Comitia & conventus de jure vocandus. Et licet propterea  
 non habeatur pro Statu † imperii, est tamen subditus imperii, 31  
 arg. tit. 8. Aur. Bull. ubi Imperator Regi Bohemiæ concedit pri-  
 vilegia. At privilegiorum concessio † ex parte concedentis su- 32  
 perioritatem, ex parte ejus, cui conceditur, subjectionem ar-  
 guit, *Hoftiens. in summ. de privileg. vers. cui concessum est. respons. 1. in  
 caus. Finariens. n. 14. Marr. de jurisd. p. 1. cas. 33. n. 8. Schurff. 3. consil. 43.  
 n. 12. Matth. Wesenbec. cons. 20. n. 20. Ernest. Coshman. resp. Acad. 47.  
 n. 45.* Ex quo ipso privilegio † ratio, quare ad Comitia universa. 33  
 lia imperii non vocetur, haud obscurè apparet; siquidem vigo-  
 re hujus privilegii Bohemi non evocantur, sed à Regis sui ju-  
 risdictione & more regni pendent. Cùm ergo imperii consti-  
 tutiones eos non obligent, neque Imperii contributiones ne-  
 cessarias præstent, non adeò opus est eorum in Comitii præ-  
 sentiã.

- 34 Hoc tamen privilegium † Regem & regnum Bohemiæ non eximit à subiectione & recognitione imperii; quia nullum privilegium † jus subiectionis absorbet, *Decian. conf. 33. n. 12 6. Cephal. conf. 186. n. 33. Camill. Borell. conf. 70. n. 38. & seqq.*
- Insuper Bohemiæ regnum est feudum imperii, *arg. Aur. Bull. tit. 24. §.* Dann wann andere Fürstenthumb. adeoque Regem vasallum, & Parem curiæ imperialis, ac juramento fidelitatis obstrictum esse apparet, & exemplo Otocari, qui Rudolpho I. Imperatori fidelitatem juravit, aliorumque manifestum est, *Buxtorff. in Aur. Bull. d. concl. 88.*
- 36 Neque per hoc deprimitur † Regis Bohemiæ dignitas, quòd Imperatori & imperio Romano fidem & obsequium præstat; quia servire † Romano imperio, est libertate potiri, ut ex *Bald. dicit Nat. conf. 631. n. 13. vol. 3. Hippol. Riminald. conf. 5. n. 102. vol. 1. Don Garf. Mastrill. de Magistratib. lib. 1. c. 8. n. 2.*
- 37
- 38 Regem Bohemiæ in ordine sequitur † Comes Palatinus Rheni. Et cum Elector Saxoniz. Tandem Marchio Brandeburgensis. *d. tit. 4. Aur. Bull.*

## CAP. IV.

DE VICARIATU ELECTORIS  
Palatini & Saxonis.

- 1 INTER Electores, Palatinus & Saxo † præter Electionis jura hoc habent peculiare, ut vacante sede imperii sint Vicarii, & vices Imperatoris in imperio gerant, donec novus Imperator
- 2 constituatur, *Aur. Bull. tit. 5.* ita ut Comes Palatinus † in partibus
- 3 Rheni, Sueviæ & in jure Franconico; Elector verò Saxoniz † in illis locis, ubi Saxonica jura servantur, æquali potestate imperio provideant, judicia exerceant, beneficia Ecclesiastica præsentent, redditus colligant, de Feudis investiant, &c. *d. tit. 5.* à quibus
- 4 tamen excipiuntur † Feuda majoris dignitatis, der Fürsten Fahrenstehen / quorum investitura soli Imperatori & Regi Romanorum reservatur, *d. tit. 5. N. U. zu Wormbs de Anno 1521. §. Ob auch Sachen fürstelen. Or. lin. Camer. p. 2. tit. 7.*
- 5 Quod verò de judiciorum exercitio traditur, ea judicia † intelligenda sunt, quæ ipse Imperator, cujus vices & personam gerunt, exercere solebat, qualia hodiè sunt Camera & Aule Imperialis. Et constat, in Camera † nuper mortuo Imperatore Rudolpho II. tempore interregni, sub utriusque Vicarii nomine
- 6 & si-

& sigillo communi, mandata expedita esse, per ea quæ tradit Bux-  
sorff. in Aur. Bull. conclus. 60. lit. c.

Hi autem Vicarii ita judicia exercent, ut ab illorum senten-  
tiis appellari † non possit ad Imperatorem; tùm, quia à Vicario 7  
ad eum, cujus Vicarius est, non appellatur, cùm utriusque idem  
sit tribunal, cap. Roma. de appellat. in 6. c. non putamus. de Constitut.  
in 6. l. 1. 2. C. de off. ejus, cui vic. ali. jud. Sigismund. Scacc. de appellat. 9. 8.  
n. 61. tùm, quia à Vicarii sententia † non appellatur, nisi ad 8  
eum, ad quem appellaretur, si ipse, cujus vices sustinet, judicaf-  
set, l. 1. §. 1. ff. quis à quo appell. Bart. in l. precipimus. C. de appellat. Co-  
varruv. pp. 99. cap. 4. n. 8. Sed ab Imperatore nulla datur appella-  
tio, cùm sit is ipse qui provocetur, l. 1. §. 1. ff. à quib. appell. non licet.  
tùm denique, quia capitulatione † adstringitur Imperator, ut ea, 9  
quæ interregni tempore à Vicariis gesta sunt, rata habeat, (mo-  
dò tamen legitimè gesta sint,) Anton. Coler. de jur. Imp. German.  
conclus. 33. artic. capitulat. 32. Frustrà autem ad eum appellatur,  
qui non potest retractare sententiam ab alio latam. De horum  
Viciorum jure & potestate vid. quæ ulterius eruditè disserit Bux-  
sorff. ad Aur. Bull. à conclus. 52. usque ad conclusionem 76.

## C A P. V.

## DE SINGVLARI ELECTORIS PALATINI

jure, quomodo & quatenus is Impe-  
ratoris judex.

PRÆTEREA Elector Palatinus † hoc jus ex vetustis imperii  
moribus & Aur. Bull. confirmatione habet, ut Imp. vel Rex  
Rom. super causis, pro quibus imperitus fuerit, coram ipso con-  
veniri possit, ita tamen, ut non in Palatinatu, sed in ipsius Im-  
peratoris Curia, ubi ipsemet præsens extiterit, judicium insti-  
tuatur & de causa cognoscatur, Aur. Bull. tit. 5. §. fin. Castald. de Im-  
perat. 9. 91. n. 8. Thom. Michaël. de jurisd. conclus. 131. Heig. p. 1. 7. 4. n. 8.  
Kosent. de feud. c. 12. concl. 3. n. 13.

An verò idem in Feudalibus bonis, in quibus aliàs exortà lite  
inter Vasallum & Dominum coram Paribus Curiaæ controyer-  
sia definitur, locum obtineat, † controversiâ non caret? 2

Affirmativam tuetur Sixtin. lib. 1. de regal. c. 8. n. 53. 1. Quia tex-  
tus Aur. Bull. loquitur indistinctè. † Ubi ergo lex non distin- 3  
guit, nec nos distinguere debemus, l. de precio ff. de Public. in rem

- 4 *act.* 2. Quòd lex † intelligenda de iis, quæ ut plurimum, non quæ rarò contingunt, l. 3. *et seqq.* ff. de legib. Rarò autem de meris allodialibus talis controversia exoritur, ideoque etiam in iure correctorio admittitur extensio, quando aliàs effectum non fortiretur facilè legis dispositio. 3. Quòd hæc Aur. Bull. constitutio facta † omnium Principum & Procerum consensu & approbatione, qui tamen Pares Curiaè sunt, ideoque si controversias Feudales eà constitutione contineri nolissent, utique contradixissent & effecissent, ut ejusmodi causæ Feudales exciperentur. Quamobrem in dubio hîc faciendâ † interpretatio contra eum, qui efficere potuit, ut dispositio apertius loqueretur, l. veteribus. de pact. l. in contrahenda. de reg. jur.
- 7 Negativa verò magis arridet aliis, quòd non ad Palatinum, † sed ad Pares Curiaè spectet talis cognitio; quia juris Feudalis decisio specialis est † & quidem antiqua, ut in lite feudali coram Paribus Curiaè Dominus conveniatur, c. 1. §. si inter. de alien. Feud. patern. cap. 1. de Feud. fin. culp. non amitt. Clar. §. Feudum. q. 90.
- 9 in pr. Aureæ Bullæ verò constitutio † generalis & posterior, quæ nunquam speciali derogat, l. in toto iure. *et* ibi Dd. ff. de reg. jur. Bart. in l. sanctio legum. 141. ff. de pæn. lason cons. 12. lib. 3. Honded. consil. 78. n. 21. etiam si specialis præcedat generalem, text. in l. si ita fuero. ff. de novat. fac. l. tertia. C. de ædilit. action. l. petens. C. de pact. Deci. ad d. l. in toto. sub n. 7. de reg. jur.
- 10 Facit præterea, quòd causæ Feudales † inter Vasallum & Dominum vertentes specialiter ad hoc sint privilegiatæ, ut eorum cognitio ad Pares curiaè spectet, dd. supra juribus. Schrader. de feud. p. 10. sect. 5. n. 43. In generali verò dispositione non comprehenduntur † isti casus, qui specialiter sunt privilegiati, text. in l. decurionibus. 3. *et* ibi gloss. *et* Bart. C. de silentiar. Bald. in l. fin. circ. fin. C. si contra jus vel milit. publ. Tiraquell. de utroque retract. p. 1. §. 1. gloss. 14. n. 103. *et* seq. Et hanc negativam sententiam tuetur post Schrader. alleg. modò loco, Rosenthal. de Feud. cap. 12. conclus. 3. n. 15. Borch. de Feud. cap. 10. n. 6. Wesenbec. cap. 17. Vulsej. de Feud. lib. 2. cap. 2. n. 24. in quam sententiam etiam inclinât Buxtorff. in dissert. Aur. Bull. conclus. 81. quæ & mihi verisimilior videtur.
- 12 Ad 1. rationem Sixtini respondetur, † Licèt iste textus Aur. Bull. generaliter & indistinctè loquatur, extant tamen alii textus juris Feudalis supra allegati, qui specialiter disponunt causas Feudales inter Dominum & Vasallum vertentes ad Pares pertinere. Quoties verò unus textus specialiter † & restrictè loquitur, alter generaliter & indistinctè, generalis ex speciali restrictin-

stringendus est, *Dn. D. Helfr. Hunn. amicus meus singularis in wa-*  
*stat. de interpret. jur. c. 6.* Et genus † ad refellendam quidem spe- 14  
 ciem plurimum, ad probandam tamen nihil valet, *Dnar. ad l. 1.*  
*circ. fin. ff. de pact.*

Ad 2. respondeo: Quòd leges quidem intelligendæ † de 15  
 his, quæ ut plurimum accidunt, modò constet, legislatorem  
 eò respexisse. Deinde, illa generalis dispositio satis superque  
 verificari potest in allodialibus, etiamsi rariùs casus contin- 16  
 geret, cùm legislator † non tam ad actum, quàm ad po-  
 tentiam, h. e. non tam quod fiat, sed etiam quid fieri possit, 17  
 respiciat. Solent præterea † prudentes Imperatores pruden-  
 ter præcavere, ne quis ansam habeat illos conveniendi: si-  
 cut etiam nemo eos facilè & temerè convenit, *Rosenthal. d. cap.*  
*12. n. 16. in fin.* quia durum † est litigare cum potentioribus,  
 quibus pares esse non possumus, *l. 3. in pr. ubi gloss. ff. de alie-*  
*nat. mut. judic. caus. fact. Anton. Fab. in Consult. de Discar. Montis-*  
*ferr. p. 1. fol. 40.* Denique, † non est insolens in jure, ut etiam 19  
 de his, quæ rarò accidunt, leges constituantur, *text. in §. in-*  
*sula. Insti. de rerum divis.* Quamobrem nullâ hîc opus est ex-  
 tensione ad inducendam juris specialiter constituti correctio-  
 nem: tùm, quia † hæc est odiosa, *cap. 1. in fin. de fil. presbyter.*  
*in 6. neque in dubio præsumenda, l. sancimus. C. de testam. l. præ-*  
*cipimus. C. de appellat.* tùm, quia † generalitas in una etiam 20  
 specie verificari potest, *lason in l. qui Romæ. ff. de verb. oblig. &*  
*in l. 2. n. 6. & 7. ff. de liber. & posthum. fac. l. fundus qui locatus.*  
*cum l. seq. ff. de fund. insti. quas alleg. Zas. 2. consil. 1. n. 73.* Sufficit  
 ergo, generalitatem illam verificari in allodialibus.

Ad 3. R. Quamvis universi Proceres & Pares Curix imper-  
 rialis adfuerint in constitutione prædictæ generalis legis atque  
 tacuerint, non tamen propterea censentur remisisse jus suum;  
 † tùm, quia nemo in dubio præsumitur jus suum jactare & re- 22  
 mittere, *Rosenthal. de Feud. c. 9. memb. 1. conclus. 29. n. 1.* tùm, quia  
 taciturnitas † in illis casibus, in quibus quis scire potuit jus suum 23  
 salvum & integrum sibi esse ac permanere, nullum præjudi-  
 cium adfert, *text. in l. sicut. 8. §. non videtur. & ibi Da. ff. quib. mod.*  
*pign. vel hypoth. solv. l. Titia. §. Lucius. ff. de legat. 2. l. Gajus. de pi-*  
*gnor. act. Bart. in l. quæ dotis. & ibid. las. n. 84. ff. solus. marrim. Schrader.*  
*de feud. p. 8. c. 5. n. 5. Vulcej. 1. Feud. c. 11. n. 120. Hering. de fidejuss. c. 7. n. 37.*  
 Jam verò Pares Curix imperialis scire potuerunt, jus sibi non  
 solum salvum esse, sed etiam non obstante hac constitutione  
 saluum manere; quia jus † speciale alicui competens per 24

neralem legem non tollitur, nisi constet de mente legis generalis, quòd voluerit speciei derogare, *ut not. id. in l. si verò. §. de viro. ff. solus. matr. per c. contra Christum de heret. in 6.* Censetur autem constare de mente legis, si in ea dicatur, Non obstante lege aliqua speciali, *ut ex Barr. & Alexand. tradit Deci. ad d. l. in toto. n. 8. ff. de reg. jur. quæ clausula in præsentī lege omīssa.* Nec deniq; adversatur *alleg. l. veteribus. ff. de pact.* quæ vult interpretationem faciendam contra eum, qui efficere potuit, ut dispositio apertius loqueretur; quia illa lex † non procedit, quoties ex jure jam cōstituto habere possumus certitudinem, quam sequimur, *Zaf. ad d. l. veterib. n. 10. de pact.* Jam verò Pares Curie imperialis certitudinem in jure Feudali constitutam habuerunt; Ergo ei stare voluisse censendi sunt.

## CAP. VI.

## DE ELECTORVM NON PROVOCANDI

*privilegio, ut & speciali conventicula habendi jure.*

1. HABENT ex Aurea Bulla Electores † hoc jus, ut ab ipsorum vel eorum officialium sententiis nulla detur appellatio, *Amr. Bull. tit. II. nisi in casu denegatæ justitiæ, ibid. Ordin. Cam. p. 2. tit. 26.* Ad Imperatoriam namque Majestatis curam & inspectionē pertinet, ut nemini jus & justitia denegetur, *Di. N. zu Nugsburg de Anno 1530. §. Weiter nachdem je die Gottes ibi: Demnach wolte vns atf einem Christlichen Keyser / der Drecht niemands weigern sollte / nicht anders gebühren. Imò etiam nemine flagitante oppressos ex officio Cæsareo juvat, & eis jus & justitiam administrat. Di. N. de Anno 1564. §. Diweill dann solcher. ibi: Vns aber atf dem Haupt in alle wege gebühren wolte / ob schon gar niemand bey vns anhiete / dannoch nicht zu feyren / sondern für vns selbst die Frommen zu schützen vnd zu schirmen.*
2. Verùm cùm consuetudo † vitæ humanæ lege omni valentior, *ut inquit Duar. ad l. i. §. est autem pactio. ff. de pact.* & Chymicâ arte nigrum in album vertat, *Andr. Knich. de vestiur. paction. lib. 2. c. 4. n. 160.* hoc jus Electorum, desuetudine quodammodo rursus inumbratum, & contrariâ consuetudine introductum, ut ab Electorum sententiis hodiè appelletur, excepto Saxonie & Brandeburgensi Electore, qui illud in viridi adhuc observantia conservarunt, *Trenster. p. 2. disp. ult. th. 4. lit. e. in notat. Auct. decision. seu præjud. Cameral. in verb. privilegium.* Et confirmatum fuit hoc privile-

vilegium † in Electore Saxonix à Ferdinand. Imp. anno 1559. In 3  
 Brandeburgico à Rudolph. I. I. anno 1586. Idque ita factum, ut  
 Saxonicum privilegium simul etiam Ducibus Saxonix, qui non  
 sunt Electores, indultum sit, *Andr. Knich. de Saxon. non provoc. jur.*  
 Ad nullitatis † tamen querelam hoc ipsum non rectè extendi 4  
 posse videtur ex stylo Cameræ, *Thom. Michaël. de jurisdict. concl.*  
 26. tùm, quia appellatio † & nullitas diversa & separata sunt 5  
 juris remedia: & idèd uno sublato, alterum adhuc superest, sive  
 privilegio Principis, sive pacto remota sit appellatio, *arg. si ex-*  
*pressim. & ibi Bart. n. 10. ff. de Appellat. cap. licet. de sentent. excommun.*  
*in 6. cap. inter ceteras. X. de sentent. & re judic. Vanz. de nullit. iii. quis*  
*poss. dicere de nullit. n. 33. Paurmeister. de jurisdict. lib. 2. c. 4. n. 126. & seq.*  
*Cravett. consil. 657. n. 45. Honned. I. consil. 27. n. 14. tùm, quia longè fa-*  
 vorabilior † nullitatis querela quàm Appellatio, ideoque diffi- 6  
 ciliùs excluditur, *Hippolyt. de Marsil. in tract. Bannitor. verb. nullitas.*  
*n. 26. tùm denique, quòd unius † exclusio est alterius separatam*  
 rationem habentis inclusio, ideoq; uno vel altero remedio pro- 7  
 vocatorio sublato, reliqua adhuc concessa censentur, *l. cum Pre-*  
*tor. de judic. l. maritus. C. de procurat. Wesenb. consil. 78. n. 11. & limita-*  
 ta causa limitatum producit effectum, *l. in agris. de acquir. dom. l.*  
*cum servo. 63. de contrah. emp. Sola ad nov. censetur. Sabaud. rubr. de mod.*  
*& form. supplic. gl. 2. n. 19. maximè in iis, quæ defensionem con-*  
 cernunt, *Alexand. Raudens. de Analog. c. 35. n. 22. Cravett. cons. 203. n.*  
 23. & seq. Sic inter Illustris. † Hassiæ Principes pactum est hære- 8  
 ditarium & juratum, ut à Judicibus Compromissariis in illo pa-  
 cto expressis, non detur appellatio: Nullitatis tamen querela  
 sub eo non continetur, *per jura supra dicta. confer acla in Sachen*  
*Hessen contra Hessen / in replic. & conclus. fol. 86. & seqq. & idèd in*  
 eadem causa iustissimè non obstante hoc pacto in aula Cæsarea  
 recepta querela Nullitatis; atq; ita etià in Camera observari te-  
 statur *Geil. I. O. 135. n. 4. & seqq. Myns. 2. O. 77. W urmbser. t. 24. O. 36.*

Illud quoque notandum, cùm in omni † Republ. diligenter 9  
 advertere soleant hi, penes quos potestas summa est, ne in scis  
 ipsis conventus habeantur aut Comiticia, *Heig. illustr. q. 4. n. 44.*  
*text. in c. conventicula. 2. Feud. 53. Bodin. 3. de Repub. c. 7. Electoribus † 10*  
 tamen concessum est peculiariter, ut absque specialis veniæ im-  
 petratione, pro salute & incolumitate imperii conventus agere  
 possint, *Aur. Bull. c. 12. Plura de Privilegiis & juribus Electorum*  
 qui desiderat, adeat ipsam Bullam, & quæ ad eam com-

mentavit *Buxtorff. & post eum Domi-*

*nic. Arum,*

## CAP. VII.

## DE ELECTORALIS DIGNITATIS ET OFFICIORUM Electoralium dependentia; &amp; num ea sit à Pontifice Romano?

- 1 HOC tamen prætereundum non est, Electoralem dignitatem † inseparabiliter adhærere ipsi Electoratu, Ducatu, seu ditioni, *Aur. Bull. tit. 20.* quia ipsa Electio ratione regnorum, Ducatum & Electoratum competit, *Aur. Bull. tit. 7. ibi: Wegen ihrer Reich vnd Fürstenthumb.* & ita, qui non habet ipsum Electoratum, Elector non est, licet patre Electore natus sit. Neq; etiam
- 2 dividi † potest ullo modo, sed semper ad primogenitum in secularibus ipso successionis jure devolvitur, *Aur. Bull. tit. 24.* In Ecclesiasticis verò eo ipso, quòd in Archiepiscopum quis horum Archiepiscopatum eligitur, electoralis dignitatis jura nanciscitur.
- 3 Ecclesiastici † verò prærogativam hanc Electuræ obtinent, non tanquam Ecclesiastici, sed ut ditionum amplissimarum Domini, *Molin. in consuet. Paris. tit. 1. in pr. n. 71. Heig. illustr. 9. 4. n. 53.*
- 4 Habent namque Electores ipsum Electoratum † non à Pontifice, sed ab Imperatore.
- 5 Officia tamen Secularium, † Archi-Pincernæ, Dapiferi, Marschalli, Camerarii, cum annexis commodis suis ab Episcopo Bambergensi recipiunt in feudum, *vid. Buxtorff. in Aur. Bull. conclus. 87. De cujus rei origine Freher. in addit. ad Petr. de Andlo de Rom. Imp. lib. 2. c. 15. verb. Subcamerarius.* testatur, Henricum I. seu Claudum cum Comitatum Bambergensem in Episcopatum crexisset, & summis privilegiis dotasset, pro maximâ in eum locum affectione sanxisse, ut quatuor Electores officia sua imperialia, non verò ipsa feuda Electoratus ab Episcopatu isto acciperent, *Ziegler. in commun. conclusion. ad aur. Pract. Calvoli. §. Landsassii. n. 54.*
- 6 Quomodo autem & quando Electores † isti hæc officia exerceant, exprimitur in *Aur. Bull. tit. 25.* Habent autem hodiè Vicarios & subofficiarios: Bohemi vicarius est Pincerna de Limpurg. Palatini Dapifer de Walpurg. Saxonis Baro de Pappenheim. Brandeburgici Comes de Hohenzollern. *Cluten. in syllog. verum quosid.* Ecclesiastici † autem tres Electores more vetusto Archicancellariorum officia subeunt, ita ut Moguntinus per Germaniam; Trevirensis per Galliam & regnum Arelaten-
- se; Co-

se; Coloniensis per Italiam Archicancellarii munere fungatur. Verùm deficientibus duobus regnis, † Gallia scilicet totius, 8 & parte Italiae, posteriorum duorum Cancellariorum potestas quodammodo expiravit, adeò ut nihil ferè, nisi nomina restare videantur: Unde postea omnia, quæ ad Archivum imperii pertinent, in solum Germanicæ Cancellarium collata sunt, *Rulandz. de Commissar. part. 2. lib. 3. c. 4. n. 10.* ubi etiam n. 11. tradit, quòd hodiè duplex † Archivum imperii censetur; unum continens acta publica imperii, quæ in Comitibus, deputationibus, 9 visitationibus, & aliis imperii peraguntur cõventibus, ut & Matriculam imperii, quod in aula sua habet Elector Moguntinus, & ibi eorundem editio peti solet: alterum est in Camera imperiali, cui similiter per suum Præfectum præest Moguntinus Cancellarius Germaniæ.

## CAP. IIX.

## DE PRINCIPIBUS, SECVNDAM CLASSEM Statuum imperii continentibus in genere.

PRINCIPIS † nomen propriè Imperatori soli competit, utq; 1 is cã appellatione denotari solet in legibus Romanis, *l. Princeps. de Legib. l. 1. c. 1. ut. de constit. Princip. §. sed & quod. Inst. de I. N. G. c. de Nat. Feud. c. 1. quis dic. Dux.* usu † tamè & usurpatione generalius factũ, ita ut Duces, Marchiones, Archiepiscopi, Episcopi, & similes majorum Feudorum regalem dignitatem habentes, vocentur Principes hodiè, idque fit expressè à Friderico I. *inc. 1. in pr. de prohib. Feud. alien. per Frider. Sixtin. de regalib. lib. 1. c. 4. n. 24. Don Garf. Mastrill. de Magistratib. lib. 4. c. 3. n. 6.* & passim à Carolo IV. *in Aur. Bull.* Indeque tali † Principum appellatione non 3 solum Duces, Marchiones, Landgravii, &c. sed etiam Comites & Barones continentur, *Iacobin. de S. Georg. in investis. verb. Princeps. Schrader. de Feud. p. 10. sect. 1. n. 28. Felin. in c. dudum. n. 21. de præsumpt. Decian. resp. 19. n. 224. Pruckman. consil. 4. n. 4. vol. 1.*

In Italia † titulum Principis non usurpari nisi in primogenito Ducis, qui vivente patre Princeps appellatur, testatur *Petr. Calefat. de equest. dignit. n. 106.* Sic & Regum filiis vivo parente in regno Poloniæ, Hispaniæ, Sueciæ, & aliis regnis Principum nomen attribuitur. Hinc etiã Ferdinandus antequã in Regem Romano-

- rum electus esset, Principis Hispaniæ & Archiducis titulo contentus fuit, *N. N. de Anno 1525. in pr. ibi: Prinz in Hispanien. & de anno 1526. ibi: Prinz vnd Infant in Hispanien.* In Gallia nomen Principis † in actis publicis, non nisi regię profapię Principibus tribui solet, *Thuan. 25. histor.* Hinc Franciscum Borbonium, cum Guisium se ipsum Principem appellentem audivisset, ad adstantes jocose dixisse ferunt, Guisium linguâ Gallicâ loqui Germanicè, *Cluten. in syllog. rerum quotidian. concl. 26. lit. a.*
- 6 Non tamen prætereundum, PRINCIPIS † nomen quibusdam attribui in specie, qui neque Duces, neque Marchiones, sed Principes tantum dicuntur. Talis in imperio Princeps Anhalinus, vulgò Fürst von Anhalt/ qui neque Dux, neque Marchio. Sic Sabaudus respectu Sabaudię se Ducem, respectu Pedemontanę regionis se Principem Pedemontium appellat, *Jacobin. de S. Georg. in tractat. de Feud. in verb. Princeps Pedemontium. Chaffan. de glor. mund. confid. 54.* quos allegat *Sixun. de regalib. cap. 4. n. 26.* Illis tamen, qui simpliciter Principes † sunt in Germania, præferri Duces, die Herzogen/ item Marchiones & Landgravios, notat *ex gl. ad jus Saxon. artic. 58. lib. 2. Maith. Steph. 2. de jurid. p. 1. c. 6. n. 53.*
- 8 quia duplicata † dignitas plus tribuit, quàm una sola. *Ias. in l. re conjuncti. n. 8. de legat. 1. Menoch. consil. 51. n. 31. lib. 1. Tiraquell. de nobilit. c. 5. n. 81.* Omnis autem Dux, Marchio, Landgravius in Germania usurpat titulum Principis præter titulum Ducatus, Marchionatus, &c. non tamen omnis Princeps Ducem, Marchionem, vel Landgravium se appellare potest.
- 9 In præsentì verò negotio, † PRINCIPIS nomen generaliter sumitur pro omnibus (exceptis tamen Electoribus, non quòd hi Principes non sint, sed quòd peculiarem classẽ in Statuum distributione constituent) regalem dignitatem possidentibus, sub immediata Imperatoris & imperii jurisdictione, *confer Don Garf. Mastrill. de Magistratib. lib. 4. c. 3. n. 6.* ita ut tam Ecclesiasticos, quàm Seculares comprehendat, cum & illi ratione Principatum & ditionum amplissimarum Principibus annumerantur, cum tantis honoribus ab Imp. cumulati, ut potentissimorum imperii Principum opus & potentiam si non superare, facillè tamen æquare possint, ut *ex aliis refert Heig. 9. 4. n. 52.* Unde rectè imperium nostrum Sacrosanctum appellatur, & Principes in Ecclesiasticos & Seculares distribuuntur.

## CAP. IX.

## DE ECCLESIASTICIS

*Principibus.*

IN præcedenti c. dictum, PRINCIPIS appellatione etiã personas Ecclesiasticas regalem dignitatem possidentes contineri, ideoque de his primò in specie agendum; ex Ecclesiasticis † quidã sunt Archiepiscopi, quidã Episcopi, Magistri ordinũ Equitum Teutonicorũ, Abbates, Præpositi, Prælati, qui regali dignitate sunt præditi, & sessionem ac votum in Comitibus habent.

Sunt etiam quidam ex his, † qui præter regalia, quæ iis occasione Episcopatus, tanquam Principibus competunt, peculiare titulos seculares Principatum & Comitatum usurpant. Sic Colonienſis vocatur Dux Westphaliæ & Angariæ: Herbipolenſis, Dux Franconiæ: Argentinensis, Landgravius Alſatiæ: Verodunensis, Comes Verodunensis; *ui ex quorundam Reſſuum imperii ſubſcriptionibus colliguntur.*

Occasio † hujus ampliffimæ conſeſſionis veterum Principum fuit zelotypia & in religione devotio, qui tum demum omnia rectè proceſſura credebant, ſi Religionis Antiftites ſuis conſiliis præſentes haberent, *inquit Heig. d. 9. 4. n. 61.* idq; Caroli Magni temporibus cœpiſſe, *Andr. Knich. de jur. territ. cap. 1. n. 12.* Ludovici verò Pii devotione, Episcopos expreſſè in ordinem Principum relatos, teſtatur *Helmold. lib. 1. cap. 4.* ubi ait, Ludovicum Pium maximã liberalitate erga Dei cultum uſum, in tantum, ut Episcopos, qui propter animarũ regimen Principes ſunt cœli, ipſe eoſdẽ nihilominus effecerit Principes regni, *Sixtin. de regalib. lib. 1. c. 4. n. 125.* *Anton. Coley. de jur. Imp. German. concl. 49.*

Verum pro ratione dubitandi; † obſtare videtur 1. dictum Christi, dicentis: Reges gentium dominantur, vos autem non ſic. *Luc. 22. v. 25.*

2. Praxis Eceleſiæ † primitivæ, ubi talem dominationem Episcopi non uſurparunt.

3. Quòd ſeparata † Dei dona ſunt ſacerdotium & imperium; illud divinis miniſtrat, hoc ſecularibus præeſt negociis, *Novell. 6. in pr.*

4. Quòd ſine † conſuſione miſceri non poſſint, *cap. cauſam que inter. X. qui filii ſint legitim.*

5. Quòd Eccleſiaſticis † prohibitum ſit, ne ſe rebus ſecularibus immiſceant, nec quicquam commune cum publicis & ad

curiam pertinentibus habeant, *distinct.* 96. l. 17. l. 41. C. de Episc. & Cler. de jure Feudali, DESIIT ESSE MILES CHRISTI, QUI INCIPIT ESSE MILES SEculi.

- 9 Ad 1. R. ex Apologia Augustanæ † Confessionis, quæ ita dicit: Si quam habent Episcopi potestatem secularem, hanc non habere ex mādato Dei ut Episcopos, sed ut Principes amplissimarum ditionum ex jure humano, donatam à Regibus & Imperatoribus ad administrationem civilem suorum bonorum, *Apolog. August. Confess. sub tit. de potest. Ecclesiast.* ideoque
- 10 tanquam Ecclesiasticæ † personæ propriè territorium non habent, *Clem. ne Romani. §. sanè. de electi. Duar. de minist. & benefic. Ecclesiast. lib. 1. c. 4.* sed tanquam imperii Principes cum potestate territoriali de amplissimis ditionibus ab Imp. & Regibus investiti.
- 11 Ad 2. R. Multùm interesse † inter primitivæ Ecclesiæ statum & hunc præsentem, & inter id quod fuit, & quod nunc est. l. qui res. §. arcem. ff. de solut. Cùm enim à tanto tempore, de cujus contrariio nō extat memoria, cum potestate spiritali & Ecclesiastica obtinuerunt, & adhuc legitimè obtinent Ducatus, Comitatus, Baronias cum jurisdictione temporali, quis eos destituet jure quæsito & multis annorum centuriis corroborato? Nec enim ea, † quæ certam observationem semper habuerunt, temerè mutanda, l. minimè. ff. de legib. *Ernest. Cothman. in resp. Academ. 27. n. 38.* cùm tanti temporis vetustas pro lege habeatur, l. fin. & ibi *DD. de aq. & aq. plur. arc. & veritati æquipolleat, l. 1. ubi gloss. C. de servitut. Cothman. resp. Academ. 30. n. 27.* Deinde † primitivæ Ecclesiæ sicut aliarum rerum initia fuerunt tenuia, & longè alius status quàm hodiè. *Arum. ad Aur. Bull. discurs. 3. concl. 8.*
- 12 Ad 3. R. Etiam si Episcopi † jura territorialia & secularem potestatem ex liberalitate piorum Principum unà cum Episcopali & Diocesano jure possideant, manent tamen separata munera, sacerdotium & imperium, nec propterea confunduntur, quia illud jure ministerii, hoc jure usurpant territorii, *Ioach. Stephan. de jurisd. lib. 4. c. 2. n. 51.* Nam idem homo † diversis respectibus præditus, diverso jure censeri, & sic duplicem personam repræsentare potest, *cap. cum capella. de privileg. c. ex literis. de probat. l. fin. de instit. l. apud filiumfam. de manumiss. vind. Tiraquell. de Nobilit. c. 28. n. 15. Geil. 1. observ. 30. n. 2. in fin.* quod argumentum suprà latius deductum. Sic Paulus poterat esse Apostolus & textor, *Actor. 20. v. 34. 1. Corinth. 12. v. 12.* Diversi namque respectus in eadem persona considerantur non secundùm idem & idem, sed

sed secundum aliud & aliud. Licuit etiam in Romana Republica & aliis multis, sacerdotibus & religiosis in Republ. versari, imò cum regno & sacerdotio quandoque imperium conjunctum reperimus, *Iohan. Cas. in spher. Civis. lib. 4. cap. 15. Heig. d. q. 4. n. 57.* In Politia Mosaica † Moysen, Samuelem, Eldram mix- 16  
tam exercuisse potestatem & imperium, notum est. In Romana  
Repub. † Crassus Licinius Consulatum & Pontificatum simul 17  
gessit, *Alex. ab Alexandr. lib. 2. genial. diem. cap. 8.* Numa Pompe-  
lius Rex & Sacerdos celebratur, *Liv. lib. 1.* Quod non videtur  
usquequaque improbandum, si gubernatio † secularis spiritua- 18  
lem non omninò impediatur, *Duar. lib. 1. de S. Eccles. Ministr. cap. 4.*  
*Philipp. Melanchth. in Epitom. Philosoph. Mor. p. 121. Muscul. de success.*  
*conv. membr. 2. class. 1. lit. a.*

Ad 4. R. Concedendo, quòd utrumq; munus misceri non possit: Ex hoc tamen, † quòd in una eademq; persona utrum- 19  
que concurrat, non miscetur, sicut nec mitebatur in persona  
Moysis, Samuelis & similium: imò sæpè per regnum terrenum  
cœlestem profecit, *c. Principes seculi. 23. q. 5. c. filii. 17. q. 6.* Sic etiam  
hodiè ex religiosa pacificatione Protestantes Principes & ter-  
ritoriale & Episcopale jus sine confusione usurpant; ita etiam  
vice versâ Episcopi id possunt.

Ad 5. R. Clericis † merè privatis prohibendum esse, ne se ne- 20  
gociis publicis & ad Curiam pertinentibus immisceant. Sed  
nostri Episcopi non sunt tantum Clerici & merè privati, sed  
etiam Principes, qui per investituras Cæsareas Pares Curia imperialis facti, ac in partem sollicitudinis publicâ auctoritate assumpti sunt. Textus autem allegati loquuntur de iis, qui se privatâ auctoritate rebus secularibus ingerunt, & ad ea non assumpti sunt. Neque adversantur † ea, quæ suprà de Pontifice 21  
tradita sunt; quia is à nemine ut Princeps secularis de ditionibus est investitus, sed eas, quas possidet, propriâ auctoritate & variis artibus sine legitimo titulo occupavit, & non Statum imperii, cujus bona detinet, sed Dominum se esse jactat, non solum ex liberalitate Principum, sed ex successione Petri, qui ta-  
men nunquam ejusmodi regna terrena habuit, ideo.

que nec in successorem ea transferre

potuit. *l. nemo plus juris.*

*ff. de Reg. jur.*

## CAP. X.

## DE ARCHIDUCIBVS.

- INTER Seculares Principes primum post Electores locum obtinent † Archiduces, qui dignitatem cæteris usurpant superiorem, *Vulsey. de Feud. lib. I. c. 4. sub n. 14.* quorum nomen non tantum in Germania † usurpatur, ut ait *Chassan. de glor. mund. part. 5. confid. 44. vers. audivi alios.* sed etiam nulli alii quàm Austriacæ familiæ tribuitur. Et licet non defuerint Duces, qui Archiduces nominari voluerunt, tamen hoc apud Imperatorem obtinere non potuerunt, *Sixtin. de regal. d. c. 4. n. 30.* Cùm itaque † tituli pre eminentiâ præ aliis Ducibus gaudeant, meritò & necessariâ quâdam consequentiâ debent præcedere eos, sicut Archiepiscopus præfertur Episcopo, inquit *Don Garf. Mastrill. de Magistrat. lib. 4. c. 4. n. 15. & seq.*
- 4 Origo † hujus Dignitatis refertur ad Rudolphum I. Habsburgensem; is, cùm Austria legitimo hærede destitueretur & imperio aperiretur, eam filio Alberto sub titulo Archiducatus contulit, per quem tota illa amplissima Archiducum familia propagata, *Cramer. histor. Polon. lib. 9. in fin. Carol. Sigon. de regn. Ital. lib. 12. Camill. Borell. de præstant. reg. Cathol. cap. 46. n. 237. & seq.* in qua † per ducentos ferè annos imperii sceptræ & aquilæ floruerunt sine cõtinuationis interruptione. Nam Alberto Austriaco (non tamen huic, de quo modò diximus) successit Fridericus III. Friderico Maximilianus I. Maximiliano Carolus V. Cui Ferdinandus, deinde Maximilianus II. illi Rudolphus II. & tandem gloriosissimus Matthias Imperator.
- 6 Ex eadem † descendunt moderni Reges Hispaniarum, *Mainold. de tit. reg. Hispan. fol. 38. Frecc. de subfeud. lib. 2. tit. quis dicatur*
- 7 Dux. quos allegat *Garf. Mastrill. d. cap. 4. n. 11.* Unde Archiducum † Austriæ duæ factæ lineæ, prima Ferdinandi, quæ propriè Austriaca: altera, à Carolo V. deducta, Burgūdica appellatur, *Paurmeister. de jurisd. lib. 2. c. 1. sub n. 17. Matth. Wehner. in pract. observat. verb. Stand des Reichs. pag. 616.* Habent † autem hi Archiduces Austriæ præter titulorum prærogativam quàm plurima privilegia, quibus partim Electoribus pares sunt, *Crantz. in Saxon. lib. 8. c. 6. Rulands. de Commiss. p. 4. lib. 5. c. 4. n. 23.* partim etiam eos superant, † utpote in erectione novorum vectigalium in suis ditionibus, possuntque non solum Nobiles, sed etiam Barones creare, iisque insignia dare, & iisdem si abutantur, privare; quod privi-

privilegium verbotenus refert *Munſter. in Cosmograph. lib. 3. c. 399.*  
*Gylmann. rerum in Camer. judic. lib. 2. decif. 54. n. 59.*

Causa † & occasio privilegiorum tam largiter Austriacæ fa- 10  
 milia concessorum, non solum Imperatorum posteriorum fuit  
 gratia & propensi animi inclinatio, sed etiam præclarissima il-  
 lius gentis merita & pericula, quibus opposita & exposita sem-  
 per fuit. Hinc Fridericus I. Imp. verissimè simul ac venustissimè  
 Austriam cor & clypeum S. Imperii Romani dixit, referente *Res-*  
*ershus. in orat. de vis. Frider. I. cui calamitas furoris Turcici & ignis*  
*Bellonæ primò imminet, D. N. de An. 1566. §. Diesem vnserm. I. circ.*  
*fin. ibi: Gleich vnsern Erbstanden das Feuer zum nechsten anscheinet.*

Prætendunt † etiam Archiduces privilegium exemptionis à 15  
 Camera in causis appellationum, *Gylman. in symphor. suppl. p. 2.*  
*tit. II. vos. 6. sub n. 14. de quo tamen sæpè acriter decertatum esse*  
*testatur Ruland. d. c. 4. n. 24. Et Cameram diversis † vicibus pro-*  
 cessus, inhibitiones & mandata contra eos decrevisse, multis  
 præjudiciis demonstrari posse testatur *Thom. Michaël. de jurisd.*  
*concl. 23. Præterea in hosce † crimen læsæ Majestatis committi-*  
 tur, per ea quæ tradit *Sixtin. lib. 2. de regal. cap. 20. n. 20. cum tamen*  
 aliàs in superiorem recognoscentes crimen hoc propriè non  
 committatur, *Mynſing. resp. 44. n. 9, 10, 12, 13. & seq. Rosenth. de Feud.*  
*c. 10. concl. 35. n. 40.*

Adhæc, † quamvis Vasallus ad domum Domini investituram 14  
 petat, *Cujac. c. un. in fin. de investit. vet. & nov. benef. id tamen secus*  
 est in Archiducibus Austriæ, qui non tenentur extra provinciam  
 investituram petere, daß die Erzherzogen nicht schuldig seyn vmb em-  
 pfahrung ihrer Lehen aufferhalb des Lands Oesterreich nachzureysen / son-  
 dern sie sollen in demselben Lande getiehen werden. Item tecto capite, † 15  
 insidentes equo investituram accipiunt, Ein Erzherzog zu Oes-  
 tierreich / so ihm seine Lehen getiehen wirdt / soll er sie empfangen / bekleidet  
 mit einem Fürstlichen Gewanth / vnter seinem Erzherzog Hütlein / auff  
 seinem Pferde sitzend. *Munſter. in Cosmograph. d. loc. in privileg. Archi-*  
*duc. Cum tamen alii quam humiliter, quam devotè investitu-*  
 ram petant, c. 1. §. nulla. per quos fiat investit. *Schrader. de Feud. p. 5.*  
*cap. 3. n. 2. tecto capite, depositis calcaribus & flexis genibus, vid.*

*Arnif. de jur. Majest. lib. 1. c. 5. n. 18. Quam prærogativam in*  
 sessione Comitiorum obtineant, & alia adhuc  
 privilegia, vid. apud *Matth. Wehner.*  
*in pract. observat. verb. Stand des*  
*Reichs. pag. 616.*

## CAP. XI.

## DE MAGNIS DVCIBVS.

SUNT etiam Magni Duces, Großherzogen / quos tamen in Germania nullos habemus. Talis in Italia dignitas Magni Ducis, quam Cosmus Medices Florentiæ Dux obtinuit à Pio V. Pontifice, cum habitu, insignibus atque corona Regis & titulo Serenissimi, *Don Garf. Mastrill. de Magistrat. d. cap. 4. n. 19.* Talis etiam Magnus Dux Muscoviæ, Magnus Dux Litvaniæ, Magnus Cham, & alii, qui titulum MAGNI, ob virtutem vel ditiorum amplitudinem, sunt consecuti, *Math. Stephan. de iurisd. lib. 2. p. 1. c. 6. n. 82. Rulandt. de Commissar. p. 2. lib. 5. c. 4. n. 22.*

## CAP. XII.

## DE DVCIBVS.

**H**OS CE sequuntur Duces, † Herzogen / qui à ducendo exercitu dicti: vel quòd Domini sint belli; vel à vocabulo Heer / quod exercitus est, & ziehen / quod Latinis est ducere. *Vultej. lib. 1. de Feud. c. 4. sub n. 14.* Significat namque propriè Dux † cum, qui strenuus est & rei militaris peritus aciem instruit, castra metatur, & exercitum ducit, *Bodin. 3. de repub. c. 2. in fin. p. 423.* Sed hoc quoad originem & vocis allusionem: Quatenus verò ad rem nostram attinet, Dux † ille dicitur, qui de Ducatu à Principe supremo est investitus, h. e. cui Princeps in beneficium regionem, quæ Ducatus nomine veniebat, concessit: primis quidem temporibus, ad vitam; postea verò in perpetuum. *text. in cap. 1. quis dicat. Dux. Somsbecc. de Feud. in tit. qui Feud. dar. poss. Jacobin. de S. Georg. in investitur. in verb. Dux. quæst. 1. n. 1. Frecc. de subfeud. lib. 2. tit. quis dicatur.* Licet enim alias res à persona sumat statum, l. 1. c. de imponend. lucrat. descript. ac tanquàm accessoria possessoris tanquàm Principalis conditionem sequatur, c. accessorium. de reg. jur. in 6. *Cothman. 1. consil. 10. n. 6.* tamen hoc casu persona à re sumit statum, postquam ex concessione & acquisitione Ducatus fit Dux. *Don Garf. Mastrill. de Magistratib. lib. 4. cap. 5. n. 4, 5, 6.* Negari tamen non potest, Ducum nomina etiam ante Feudales clientelas usurpata in limitaneis præfectis, ut ex Tacit.

*Spartian. Frecc. docet Heig. illust.*

*quæst. 2. n. 33.*

## CAP. XIII.

DE MARCHIONIBVS ET LAND-  
graviis & Comitibus Palatinis.

SUNT etiam Principes regali dignitate præditi, qui non Duces, sed Marchiones, † à Marchia, cui præsumt, ita appellati. 1  
Marchiam † autem à mari dictam, quia ut plurimum ad mare 2  
sit posita, opinatur Feudista in d.c. 1. quis dicatur Dux. 2. Feud. 10. Id  
quod sequuntur Feudalis juris Interpp. plurimi, quos refellit 3  
Vulsey. 1. Feud. 4. n. 14. Quidam à Marca, † quæ Germanis equa  
olim dicta, & inde Marchiones equitum Magistros appellatos, 4  
Alciat. in lib. de sing. certam. Cui contradicit Ioh. Norderman. de jur.  
Principis. conclus. 85. Alii à Marcamiro † Francorum Duce: Alii à 5  
verbo Græco: Nomarchia enim Græcè dicitur provincia.

Verior tamen opinio est, † Marchiones dictos ex eo, quòd fi- 5  
nibus imperii Romani tuendis præfecti essent: Fines namque  
& limites linguâ Germanicâ dicuntur Mark/unde Gemarckung/  
Markstein/Markcheiden/quo etiam pertinet jus limitum, Mark- 6  
recht/& inde Marchiones Duces limitanei, Cluten. in syllog. rerum  
quotidian. conclus. 28. lit. f. vulgò Markgraffen. Et vulgare esse apud  
Francos, † ut Marchio appelletur de jure Romano Liminarcha, 6  
seu fines imperii custodiens, ut ex Odofred. tradit Vulsey. de Feud.  
lib. 1. c. 4. n. 14. per text. in l. Liminarcha. C. de serv. fugitiv. Introducti  
namque fuerunt olim † milites limitanei, qui sub Limarcha, h. e. 7  
præfecto limitis provinciæ terminos tuerentur, l. munerum civi-  
lium. ff. de munerib. & honor. l. quas Deo. C. de off. præfect. Afric. Olden-  
dorp. ad l. 2. §. populo deinde aucto. ff. de orig. jur. Zas. ibid. n. 1. & 2. &  
Marchias † provinciarum limites dici testatur Hotoman. de verb. 8  
Feudal. in verb. Marchio. Moz. de his qui Feud. dar. post. sub n. 16. Me-  
noch. conf. 302. n. 19. vol. 4. Don Garf. Mastrill. de equestr. dignit. Talis  
est Marchia Brandeburgensis, Marchia Stirie, Marchia Moravie,  
Marchia Badensis, & aliæ, Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 6. n. 92.

Hodiè † Marchio is dicitur, qui de Marchia est investitus à 9  
Rege seu Principe, h. e. de Feudo cum regali dignitate, ut suprâ  
de Duce dictum, text. in c. 1. quis dicatur Dux. & ibi Afflic. n. 66. Don  
Garf. Mastrill. de magistr. lib. 4. c. 6. n. 6. ideoq; quamvis ab initio † 10  
Marchiones finium custodes fuerint, posterioribus tamen tem-  
poribus etiam in mediterraneis regionibus imperii, de Marchia  
investiti Marchiones dicuntur, qua de re vid. plura apud Matth.  
Stephan. d. c. 6. Heig. illust. q. 2. n. 55. & seq.

- 11 Præterea in imperio sunt Principes, qui in specie † Landgravii dicuntur, quasi Comites provinciarum, qui olim fuerunt iudices & præsidēs totius alicujus provinciæ, *Vultej. i. Feud. c. 4. n. 14.*
- 12 Et quamvis olim † Landgravius & Marchiones ex Comitum genere fuerint, hodie tamen his sunt superiores & in serie Principum collocantur, *Heig. illust. q. 2. n. 55. p. 1. Rulandi. de Commissar. p. 132. lib. 5. c. 4. n. 26.* neque minor † dignitas Landgraviatus & Marchionatus, quàm Ducatus, *Sixin. de regalib. lib. 1. c. 5. n. 119.* Et Principes imperii, *Fürsten des Reichs* appellantur sine controversia,
- 14 idque eò minùs mirari debemus, † quòd jam olim sub Imp. Rom. quidam fuerint Comites primi ordinis, quidam secundi, quidam tertii ordinis inferiores, *Cujac. in l. un. C. de Comitib. quæ*
- 15 *provinc. reg. lib. 12. tit. 14.* Horum quatuor † in imperio familiæ reperiuntur, utpote Thuringiæ, Hassiæ, Alsatia & Leuchtenbergensis, *Schönborner. 5. Polit. c. 39. in fin.*
- 16 Eadem est ratio † Comitum Palatinorum. Nam & hi Principes imperii sunt, & eandem specie cum his dignitatem obtinent: Comites † Palatini olim fuerunt iudices Palatii Cæsarei, quæ nunc dicuntur *Cammer: oder Hoffrichter. Vultej. d. c. 4. n. 14. Wenh-*
- 18 *ner. in præf. observat. verb. Graffschafft.* Dicti † ita olim à palatio Imperatoris, unde etiam sacri palatii Comites in constitutionibus Principum appellari solent, *l. 1. C. de offic. rector. provinc. Ho-*
- 19 *die † Comites Palatini sunt & dicuntur, qui de principatu seu regione est, quæ in Palatinatum, zu viner Pfaltzgraßschafft erecta est,*
- 20 *investiti sunt. Itaque qui † non sunt de tali Principatu investiti, improprie & abusive Comites Palatini dicuntur, Chassan. in præf. de glor. mund. considerat. 50. Sixin. de regal. lib. 1. c. 4. n. 108.* quales sunt illi, qui hoc titulo à Cæsarea Majestate donantur, quorum magnus in imperio numerus est, & officium habent cum eximia dignitate conjunctum, & jus tale exercent, quod ad regalia & quidem majora spectat, utpote dandi veniam ætatis, legummandi, Nobiles, Doctores & Magistros creandi, insignia concedendi, laureâ Poeticâ aliquem donandi, Notarios creandi,
- 21 cum similibus. Quorum tamen † hodiè multi suâ potestate & iis quæ de regalibus habent, abutuntur, nec satis expendunt, quam præstantes, quanti que momenti illa sint regalia, & quantopere Reipub. inter sit, ne illâ potestate abutantur, præsertim autem ille abusus hodiè apparet in Notariorum creatione, cum sæpe ad hoc officium creentur hi, qui non solum nullam juris civilis cognitionem habent, sed ne quidem congruè scribere
- 22 aut literas pingere possunt. Et hi † sunt veluti pica & pisticus Gallus,

Gallus, qui stant in palatiis Dominorum & loquuntur sine intellectū, *Roman. singul. 52. n. 2.* Et horum imperitia destruit univ-  
 ersum mundum, & ponit conscientias bonorum virorum in  
 magno discrimine, *Bald. cons. 6. lib. 4.* Pluribus de his Comitibus  
 Palatinis, eorumque potestate, dignitate & juribus agit *Matth.*  
*Stephan. de jurisd. lib. 2. c. 6. membr. 1.*

## CAP. XIV.

DE COMITIBVS IN SPECIE ITA  
 dictis, vulgò Graffen.

COMITUM † dignitas & appellatio antiquissima, *Cabed. de i*  
*cif. Lusit. 105. n. 2. p. 2.* ubi subdit, quòd hæc dignitas fuerit in  
 Hispania prima dignitas: Et quòd regnum Lusitaniæ, titulo  
 Comitatus ab Alfonso VI. Castellæ Rege dotis nomine datum  
 sit Henrico, *Párlador. rer. quotid. c. 13. n. 2. & 3.* Eamque antiquio-  
 rem fuisse dignitatem quàm illam Ducum & Marchionum, tra-  
 dit *Don Garf. Mastrill. de Magistratib. lib. 4. c. 7. n. 4.* Imò Orientali  
 & Occidentali imperio tantam eorum fuisse prærogativam, ut  
 Ducibus præponerentur, & hi illis adungerentur in disciplina  
 militari, refert ex *Panciro. Sixtin. de regalib. lib. 1. c. 4. n. 54.*

Nomen † autem COMITIS à comitando & sequendo de-  
 scendit, *l. item apud Labeonem. §. Comitem. de injur. Duar. de feud. c. 6.*  
*n. 8. Páurmeist. 2. de jurisd. c. 10. n. 1. Schönborner. §. Polit. c. 40.* In Pan-  
 dectis † nostris COMITES dicuntur, qui Proconsules & Præsi-  
 des in provincias missos sequebantur & comitabantur, *l. 16. de*  
*offic. præsid. l. 4. de offic. adjector. l. 19. §. ut. locat. l. 6. §. si quos. ff. de pren.*  
*Erneft. Coshman. in lib. 1. Cod. tit. de off. Comit. Orient. 36.* Et hi † pro ad-  
 ministratiõnũ sibi commissarũ varietate, varia habuerunt nomi-  
 na, utputa Comites sacrarum largitionum, *tot. tit. C. de off. Comit.*  
*sacrar. largit. Comites rerum privatarum, tot. tit. C. de offic. rer. privat.*  
*Comites sacri palatii, tot. tit. C. de off. Comit. sac. palat. cum similibus.*

Posteà apud Romanos † & Gallos nomen COMITUM ita †  
 usurpatum, ut quicumque primi ordinis viri Augustum in pro-  
 vincias proficiscentem comitabantur, & sacrum comitatum ob-  
 servabant, quales hodiè sunt Consiliarii & Officiarii primarii,  
 Comites dicerentur, *Don Garf. Mastrill. de Magistratib. lib. 4. c. 7. n.*  
*8. vel quòd ex eo comitatu in provincias mitterentur, Cujac. in*  
*parat. C. de offic. Comit. sacrar. largit.*

Nostris † verò moribus ille propriè dicitur COMES, qui de †

Comitatu investitus est à Principe, vel alio hoc jus habente, *Dd. in c. 1. quis dicatur Dux. Bald. in c. 1. de his qui Feud. dar. post. Garf. Mastrill. d. c. 7. n. 15.*

- 7 Quamvis † neque hoc negandum, plures in Germania esse Comites de Comitatu non investitos, qui à Castris, quæ possident, longo tēporis usu dominationis & denominationis istius titulos contraxerunt, quorum fortè majores Romæ Comites temporarii fuerunt, & nomen dignitatis in Germaniā transtulerunt, & retinuerunt, *ut opinatur Petr. de Andl. de Imper. Rom. lib. 2. c. 12.* Nam † vetustas & privilegium pari passu ambulant, ita ut quæ privilegio, ea etiam vetustate induci possint, *l. 1. C. de servis. Zas. 2. conf. 16. n. 13. & seq. Ernest. Coshman. 2. conf. 79. n. 72. Anon. Fab. in Consult. de Ducat. Montisferr. pro Duc. Sabaud. part. 1. fol. 18. 19. 34.*
- 9 Quamobrem necesse non est † ut Comes Comitatum ab Imperatore vel alio superiorem non recognoscante in feudum acceperit, sed sufficit quòd ipse vel aliquis majorum suorum ab Imperatore, vel alio superiorem non recognoscante, Comitatum cum sublimi & regio territorii jure in allodium suum acceperit, *ut tradit Iohan. Gædd. in resp. jur. de restit. Baron. Vallend. n. 458.* vel, ut suprà modò dictum, tempore immemoriali illud jus quæsierit. Ex horum † numero esse Nobilissimos Comites ab Ottingen & Zollern, *ex Petr. de Andl. d. loc. tradit Paurmeyster. de juris. lib. 2. c. 10. n. 15.*
- 11 Comes, † Germanicè *Grafse* / de cujus vocis notatione varia
- 12 *Dd.* conjecturæ. Quidam † namque vocem *Grafen* / dictam volunt à gravitate, quâ alios præcellebant, *Vultej. d. c. 4. n. 14. Ioh.*
- 13 *Norderman. de jur. Princip. conclus. 86.* Quidam à canitie † *Grafse* / quòd senioribus & peritis Comitibus dignitas, quæ olim in iudicando occupabatur, maximè conveniat, *Reinecc. in comment. de orig. nobil.* Aliis † verisimilis videtur derivatio à fossâ, quæ Saxónico idiomate etiam hodiè dicitur *Grafse* : Nam cum litibus dijudicandis olim destinati fuerint Comites, verisimile est, cum antiquissimæ lites de limitibus, qui fossis distinguebantur, fuerint & ferè primæ, inde denominatos illos *Graviones*, *Heig. il. lustr. q. 2. n. 45. & seqq.* Alii † dici volunt à robore & potentia, mutatâ unâ literâ *Graff* pro *Krafft* / quòd potentiam in provinciis sibi commissis obtinerent, *Kirchner. de repub. disputat. 8. th. 1. lit. d.* quam tamen Notationem ut nimis longè petitam omnino rejicit *Rutandt. de Commiss. p. 2. lib. 5. c. 4. n. 26.*
- 16 Verius † est, vocem hanc ab origine ita natam, non verò factâ, aut aliunde derivatam, ita ut originaliter nihil aliud quàm judi-

cem denotet, siquidem non solum priscis temporibus, sed etiam adhuc hodiè in plurimis Germaniæ locis vox Graffe aut Gresse significat judicem, unde illæ descendunt appellationes. Centgräffe/ Boggräffe/ Freygräffe/ Holzgräffe/ cum similibus : Atque t̄ hinc 17 apud Feudistas Comites sunt judices ordinarii, qui in pace ac otio jus reddunt, *cap. un. §. si iudex. de pac. tenend.* Ut enim Herzogger t̄ seu Duces erant militiæ, ita Graffen seu Comites erant iustitiæ, 18 *Wehner. in observ. pract. d. verb. Graffen.*

Postquam verò cœperunt provinciæ, t̄ quibus præficiēban- 19 tur Comites, in feudari & hæreditario quodam jure cum dignitate regali transferri, nomen illud remansit.

Itaque t̄ hodiè esse Comitem est regalis dignitas, ut *post alios* 20 *ex Paciano docet Rulandi. de Commissar. d. c. 4. n. 27.* non minùs quàm esse Ducem, *Sixin. de regal. c. 4. n. 55. Knich. cap. 1. de jur. terris. n. 33.* Et Comites t̄ cum Comitatu Graffen des Reichs / habent 21 jura imperii in suis Comitibus, *Ruin. cons. 187. n. 8. vol. 2. Cravett. cons. 974. n. 3. Cacheran. decis. 155. n. 1. Geil. 1. de pac. pub. c. 6. n. 10.* Et tanquam t̄ Status & Proceres imperii vocantur ad Comititia, 22 *Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 6. n. 114. Paurmeister. 2. de jurisd. c. 2. n. 22.* ita tamen, ut non omnes & singuli, sed totus Comitum & Baronum ordo duo tantùm suffragia habeat, *Matth. Stephan. d. loc. Alshuf. in polit. cap. 33. n. 62. Bertram. de Comit. conclus. 70.* non tamen idèò denegatum est reliquis imperii Comitibus & Baronibus, qui Statum imperii repræsentant, ad consilium Principū, zum Fürstenrath/ accedere & deliberationibus interesse, *Wehner. in pract. observat. verb. Graffschafft. p. 265.* Præterea, t̄ Comites im- 23 perii jus Archivi habere notat *Ruland. de Comiss. p. 2. lib. 5. c. 4. n. 27.*

Ex his t̄ quidam propter concessæ dignitatis prærogativam 24 dicuntur Fürstliche oder GEFÜRSTETE Graffen/ qualis est Comes Gortzensis, *N. U. de Ann. 1576. §. Nachdem auch auff t̄tzo. ibi. die Fürstliche Graffschafft Görz.* Tales etiam censentur Habspurgenſis, Tyrolenſis, Hennebergenſis, Mompelgardicus & Arnsbergenſis, & hi verbo Fürstnässige in actis imperii comprehenduntur, *Clusen. in syllog. rerum quosid. conclus. 26. lit. h.*

Quidam t̄ etiam præter Comititis appellationem vocantur 25 Edle Herren/ ut sunt Comites Lippienses, Graffen vnd Edle Herren zur Lippen/ item Mansfeldenses & alii. Qui titulus t̄ familiæ an- 26 tiquitatem & generositatem utique exprimit. Nam, ut notat *Ioh. Norderman. de jur. Princip. conclus. 86.* Adelingi t̄ ( quod idem est 27 quod Edle Herren ) tempore Aristocratiz Saxonicz appellati præcipuæ dignitatis Proceres.

- 28 Et tempore Caroli Magni † tria fuerunt genera hominum: Adelingi, nobiliores scilicet; Fridelingi, quasi liberi relictī, & Lazzi, i.e. Coloni seu adscriptitii glebæ, Eigene Leuthe / quorum meminit *Beuter. in Tacitum de morib. German. cap. 43. & gl. jur. Saxonicæ passim meminit. 2. Landr. 59. dicit gl.* Wer in Sachsen recht zu Zinßgut geböhren ist/der ist ein Laß/der mag sich des Guts nicht ohne des Herren willen vnterziehen. Die sind/die unsere Eltern ließen sitzen / do sie die Land bezwungen/auff bescheid. Ergo Lassen à getassen/sicut servi à ser-vando dicti, *vid. Wehner. in pract. observat. verb. Lassen.*
- 29 Adelingorum † rursus quidam fuerunt præcipui, qui dicti Edte Herren/quidam inferioris ordinis, ut Nobiles, qui dicti Edte Knechte.
- 30 Non † tamen prætereundum hoc, quod non omnes Comites ejus sint conditionis, ut Statum imperii repræsentent, & sessio-nem ac votum in Comitibus habeant. Quidam † enim immédia-tè sub vel ab imperio Comitatum suum in Feudum recogno-32 scunt, & hi Status sunt imperii. Quidam † verò Comitatum suum non immédia-tè sub vel ab imperio recognoscunt, sed sub aliorum Principum jurisdictione bona possident, quæ postea salvo illorum Principum jure, quorum veri sunt Landsassii, in Comitatum eriguntur, & eorum possessores Comites creantur.
- 33 Et hi † imperii Status non sunt, *qua de re expressam habemus deci-sionem in R. A. de Anno 1548. §. Wiewol auch in der Ringerungshand-lung. ibi:* So haben wir doch erwogen/das solche Graffen vnd Herren zu mehrertheit vnter ihren besondern Landesfürsten geseßen / vormahls von allen ihren Gütern/den selbst en gedienet/sich auch zum theil allein auff der Fürsten Eigenthumb/vnd ihre Pfandschafften/ Graffen oder Freyen las-sen/vnd also gar keine Güter ohne Mittel/vnter dem Reich haben/ auch nicht anders/dann mit ausdrücklichem vorbehalt der Fürsten Gerechtig-keit/zu denen Digniteten zugelassen sind: Derowegen wo sie allein des Ri-34 tzens und Namens haben in die Anschläge des Reichs gezogen werden solten/das würde den Fürsten obgemelt allerhand Beschwörung bringen/vnd also mit der zeit ihnen noch weiter abbruch vnd schmähierung an ihrer Landtsfürstliche Obrigkeit gebähren/in ansehung/ das solche neue Graf-fen vnd Herren / nicht immédia-tè Glieder vnd Stände des h. Reichs gewesen/oder darinn begütert/ sondern solcher Landtsfürsten Vnderthan vnd Leuthe weren. Damit dann in solchem niemands wider Billigkeit bes-35 schwäret werde/so haben wir vns mit Churfürsten/Fürsten/vnd gemeinen Ständen / vnd der abwesenden Räten vnd Gesandten verglichen / wo einige Graffen oder Herren weren/welche kürzlich ihre Digniteten er-langet/vñ dem Reich immédia-tè nicht/ sondern andern ihren Landts-  
fürsten

fürsten unterworfen/ auch nicht Güter ohne Mittel/ von oder vnter dem Reich hetten/ daß dieselbe in die Anschläge nicht gezogen / aber diejenige/ so in dem H. Reich begütert / oder anderer Fürsten subditi immediatè nicht weren / daß dieselbige/ nach zimlichen dingen/ gleich andern mit des Reichs Anschlägen belegt werden. Tales sunt Comites de Hardeck sub Austriacis; Comites von Hofslein/ sub Electore Brandeburgensi; Comites von Newgarten/ sub Ducibus Pomeraniæ, & Episcopo Caminensi. *Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 6. n. 115.*

Istif tamen Comitatus licet sub inferiorum Principum Landsfürstlicher Obrigkeit / seu jurisdictione sint, regalem dignitatem annexam habent, sive per summi Principis constitutionem, sive per inferiorum subinfeudationem ad aliquam pervenerint, qui quamvis non immediatè, tamen mediatè ab ipso summo Principe ejusmodi feuda consequuntur, & regalem dignitatem, quæ iis Feudis adhæsit, tanquam à supremo Principe profectam, requirunt, vel potius retinent, *Pruckman. ad rubr. quæ sint regalia. cap. 4. n. 34. Sixtin. de regalib. d. cap. 4. n. 57.* quia † subinfeudatio sub eadem prorsus lege & conditione fit, quâ infeudatio ipsa, in allermaßen wte sie vom Reich ergangen. *Clar. §. feudum. 9. 32. n. 4. Molin. in consuet. Parisiens. §. 35. n. 18. Mynsing. 1. obferv. 62. Nam † ex causæ primæ influxu operatur secunda, Udalric. Zas. 2. conf. 1. n. 107. & seqq. Et † quicquid ex aliqua radice descendit, necesse est, id ejus, unde descendit, naturam sapere, c. 1. de vasall. decrep. et. 2. Feud. 14. Dec. conf. 78. col. ult. Jam verò subinfeudatio † descendit ex radice & fonte infeudationis, ideoque cum omnibus suis qualitatibus inde descendere censenda est, l. stipulationes. ubi Alex. de V. O. l. 2. l. quid ergo. de usufr. Sichard. consil. Feud. 7. n. 27. & seq.*

Quod tamè eo casu † demùm procedere persuasum mihi habeo, si in personam Illustrem per subinfeudationem Comitatus transferretur, *Pruckman. conf. 27. n. 20. 27. Zachar. Victor de exempt. conclus. 28.* quia jus † feudale requirit, ut subinfeudatio fiat in parem ejusdemque conditionis hominem, c. 1. §. similiter. 2. Feud. 34. c. beneficium. 2. Feud. 26. Vultej. 1. Feud. c. 10. Wessenbec. consil. 23. n. 53. Borchols. de Feud. c. 8. n. 51. Et aliàs † in quolibet actu præsupponendi termini habiles, seu subjectum ad recipiendum habile, l. adigere. 6. §. quamvis. ff. de jur. patron. Anton. Fab. in Cod. rer. in Sabaud. jud. lib. 5. tit. 17. defin. 1. Et in habētibus symbolum facilius est transitus, l. quod Nerva. ubi Dd. ff. de posit. l. in rem. §. item quæcunque. ff. de rei vind. Gædd. in consil. Marpurg. 26. n. 49. vol. 1. maximè † cùm jus, quod non nisi certæ qualitatis vel conditionis hominibus com-

petit, tantum in homines ejusdem, non etiam diversæ qualitatibus vel conditionis transmitti & transferri queat, *per ea quæ iradis Schrader. de Feud. part. 10. sect. 12. n. 79. Tiraquell. in tract. de viroque veterat. part. 1. §. 26. gl. 1. n. 1. Ubi enim existit naturæ vel qualitatis indentitas, translatio facilius inducitur, l. nem. 23. §. item quodcumq; ff. de rei vind.*

- 43 Quamobrem aliud † esse puto, habere Comitatum, aliud, esse Comitem; quia esse Comitem, est dignitas personalis, non rebus sed personis coherens, & non à rebus, sed concedentis potestate dependens, *Vultej. 1. Feud. 8. n. 9. Sic, ut aliquis ex feudo † Nobili efficiatur Nobilis, duo requiruntur: 1. Ut hoc fiat ab Imperatore, vel ab alio jus nobilitandi habente. 2. Ut pro nobili feudo detur, Zaf. de Feud. p. 2. n. 5. Duaren. de Feud. cap. 4. n. 8. Obrecht. disp. Feud. 1. th. 34. Unde † si inferior à summo Principe, qui jus creandi Comites non habet, Comitatum alodialem per investituram vel alium modum in privatum transferret, eum Comitem non efficeret, neque regalem dignitatem transferret. Sic quidam Germaniæ Nobiles, præteritum in Austria, Baronias in feuda tenent, vel illas possident, & tamen Barones non sunt, neque illà dignitate utuntur, nisi expressè ad eam evecti sunt, sed nominantur, citantur & collectantur ut possessores, atq; Einhabere der Herrschafft: quamvis nec hoc negari possit, Nobilitatem inde maximo opere illustrari, *Rosenth. de Feud. cap. 9. concl. 55. n. 5.**

## CAP. XV.

## DE BARONIBVS.

- 1 DE BARONUM † origine plures plura scripserunt, ut videre est apud *Frecc. de subfeud. lib. 1. tit. de Orig. Baronum. Alciat. lib. 2. 5. Paradox. c. 16. Cabed. decis. Lusit. 104. p. 2. Et hujus vocis † nomen ac origo adeò controversa est, ut quibusdam barbara videatur, 3 ut ex *Puth.* refert *Heig. illustr. q. 2. n. 54. Quidam † enim à Græco ἀνὸς τῆς βασιλείας* Ⓞ, h. e. gravitate dictos volunt Barones, quòd eorum munus fuerit, in ipsis Ducatibus non solum militare, sed prudenter atq; graviter Ducibus de rebus arduis gerendis consilium capientibus cōsulare, *Eguin. Bar. de jur. benefic. lib. 1. c. 3. Curt. de Feud. p. 2. q. 1. Quidam † à βαρῶν, i. e. mole vel vastitate corporis. 5 Frecc. d. loc. Forcat. de Feud. c. 3. n. 7. Quibusdā † verisimiliter Barones quasi Bannerherien/à Germanico Wanner/ quod significat vexillū, 6 derivantur, *Vultej. 1. Feud. 4. n. 14. Quidam † deducūt à verbo He-***

breço

breo BAR, quod filium denotat, ut videre est apud eund. *Pultej. d. lo. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 6. n. 121.* Aliis † à Germanico 7  
 Breven Barones quasi Fraenos dicuntur, *Paurm. de jurisd. lib. 2. c. 10. n. 27.* Aliis † vox illa videtur à Latino VIR deducta esse, quòd 8  
 frequèter vox Baronis usurperetur pro viro, *Hostoman. in Lexic. Feud. verb. Baro.* Sunt † etiam qui deducunt ab Hispanica voce Varon, 9  
 quod Hispanis significat virum auctoritate gravem & conspi-  
 cium, *Norderm. de jur. Principat. conclus. 86. lit. b.* quam notationem  
 firmat ex eo, quòd Hispani litera V. & B. promiscuè utàtur. Mu-  
 tato igitur V. in B. & abjectâ literâ finali N. ex Varon fit Baro.

Verùm † cùm in vetustis facillè ignoretur origo, *l. si arbiter. 28. 10*  
*de probation. Wesenb. in paratit. ff. de legib. n. 9.* hac in re relinquo  
 Lectoris arbitrio, ut eligat quam velit. Fuit namque Baronum † 11  
 usus veterrimus, ut nos. *Frecc. in d. tit. quis dicatur Baro. n. 8.* Et in Ca-  
 talonia Barones ante annos 800. fuisse, cùm Carol. Magn. Imp.  
 expulsis inde Sarracenis eam divisisset in novem Comites, no-  
 vem Vice-Comites, & totidem Barones, ex *Fontanell. & aliis no-*  
*tat Don Garf. Mastrill. de Magistratib. lib. 4. c. 2. n. 54.* Et hæc suffi-  
 ciant de Notatione seu potius Etymologia & allusione vocis  
 brevibus dicta.

Significationem † quod attinet, notandum quòd vox BARO- 12  
 NIS & generaliter & specialiter usurperetur. Generali † BARO- 13  
 num appellatione omnes Feuda regalem dignitatem anne-  
 xam habentia tenentes, ut sunt Duces, Marchiones, Comites,  
 comprehenduntur, *Matth. de Afflic. c. 1. in pr. n. 1. de his qui Feud. dar.*  
*post. Schrader. de Feud. p. 1. sect. 1. n. 25. Moz. in tit. de his qui feud. dar.*  
*post. n. 17. Surd. conf. 453. n. 35. Paurmeist. de jurisd. d. c. 10. n. 28.*

In regnis † utriusque Siciliæ Barones dicuntur omnes Feuda- 14  
 tarii jurisdictionem in castris suis à Rege sibi concessis exercen-  
 tes, ut ex *Bald. Andr. & aliis refert Don Garf. Mastrill. de Magistrat. lib.*  
*4. c. 1. n. 10.* Et eodem modo dici in Lusitania testatur *Valasc. de*  
*jur. Emphyteut. q. 30. n. 20.* In Catalonia, *Fontanell. in tract. de pact.*  
*Nupt. Clausul. gl. 10. part. 1. n. 6.* In Gallia, *Chassan. in catal. glor. mund.*  
*p. 8. cõsid. 39.* Et in Mediolanensi Dominio, *Menoch. conf. 1110. n. 7. vol.*  
 12. In regno † Neapolitano regii officiales & Magistratus Ba- 15  
 rones dicuntur, eorumque appellatione continentur, *Garf. Ma-*  
*strill. d. lib. 4. c. 15.*

In specie † verò Barones dicuntur, qui vel de Baronia cū Ba- 16  
 ronali & regali dignitate investiti à supremo Principe, vel citra  
 Baroniam hac dignitate donati. In vulgari † nostro Germanico 17  
 idiomate Barones aliquãdo simpliciter dicuntur *Breven/Reform,*

- Frider. Francofurt. de Anno 1442. in pr. ibi, Grafen Freyen. & in Or-  
 7 am. Camer. Maximil. I. de Anno 1495. in pr. Ordin. Regim. de An. 1500.  
 & de Anno 1521. Aliquando Freyherren. Aur. Bull. in fin. pr. ibi, Graf-  
 8 fen / Freyherren / Edien / re. & passim in aliis imperii constitutionibus,  
 18 Quidam ¶ ex his dicuntur Semprefreyen / ut Limburgici & We-  
 9 sterburgenses, & similes. Quidam specialiter Herren / ut sunt Ba-  
 19 rones Rulli, die Herren Ptawen / Schonburgenses, Starbergenses,  
 20 & similes. Quidam ¶ Edie Herren / de quibus precedente capite qua-  
 dam d. Etia sunt.
- 20 Hos tamen Nobilitatis & dignitatis gradu omnes pares esse  
 pulchrè ostendit Paurmeister. d. c. 10. n. 39. præsertim ex N. H. de An-  
 no 1548. § Wiewol. ubi Comites & Barones appellantur Grafen vnd  
 11 Herren. & postea versic. Sich auch zum theil auff der Fürsten Eygen-  
 thumb Grafen vnd Freyen lassen. Et Ordin. Camer. eod. Ann. p. 1. tit. 1. §.  
 Nemlich wollen.
- 21 Barones, ¶ qui Status imperii sunt, sessionemque ac votum in  
 1 Comitibus habent, non minus quam Comites ad Principū clas-  
 22 sem referuntur; tum, ¶ quia latissimâ Principum appellatione  
 continentur, Schrader. de Feud. p. 10. sect. 1. n. 28. Sixtin. de regal. lib. 1.  
 c. 4. n. 37. Pruckman. consil. 4. n. 4. Buxtorff. in dissert. Aur. Bull. concl. 68.  
 23 in notat. in fin. ac ¶ in Regno Neapolitano Magnatum nomine  
 veniunt, secund. Fab. de Ann. consil. 103. n. 8. & 13. Garf. Mastrill. d. lib.  
 24 4. de Magistratib. c. 2. n. 41. tum, ¶ quia Comitibus æquiparantur,  
 Schrader. d. sect. 2. n. 23. Zas. de feud. p. 5. n. 29. Frider. Schenck à Tautenb.  
 ad cap. 1. quis dicatur Dux. Gædd. in resp. jur. de restit. Baron. Vallend. n.  
 461. & pari cum illis dignitatis jure moribus Germaniæ confen-  
 25 tur. Pultej. 1. Feud. c. 4. s. 1. n. 14. tum, ¶ quia in Comitibus in suffra-  
 4 gando cum Comitibus concurrunt, Paurmeister. de jurisd. c. 2. n.  
 25. lib. 2. Bertram. de Comit. conclus. 70. Idq; ex Reecessuum imperii  
 subscriptionibus passim patet.
- 26 Verum quæ de æquiparatione & parificatione Baronum &  
 Comitum dicta sunt, non carent contradictore. Non tenim de-  
 sunt qui statuunt, Barones non in eodem cum Comitibus di-  
 gnitatis gradu, sed proximo ab iis collocari, Carol. Molin. in con-  
 7 fuet. Paris. tit. 1. §. 20. n. 4. per text. in c. fundamenta. §. proinde. & §. fin.  
 de elect. in 6. ubi Baro postponitur Comiti & ultimo loco refertur. Paur-  
 8 meister. de jurisd. lib. 2. d. c. 10. n. 31. Duar. de Feud. c. 6. n. 8. Schönborner.
- 27 §. Polit. cap. 40. Norderman. de jure Principat. concl. 86. tit. b. Ab ¶ or-  
 dine autem scripturæ aliquando argumentum firmum desumi-  
 tur, text. in c. 1. quis sit Marchio. & in cap. 1. de his qui Feud. dar. post.  
 Vincen. de Franch. decis. 365.

Ac facit pro 2. præter textum à Molinæo allegatum, † quòd 28  
Comites & Barones nomine differant. Nominis autem diversi-  
tas, diversitatem rei arguit.

3. Quòd † Comites antecedant Barones. Is autem, qui præ- 29  
cedit, dignior censetur, *Don Garf. Mastrill. de Magistratib. lib. 4. cap.*  
*14. per tot.*

4. In jure † Feudali, ubi speciatim recensentur dignitates re- 30  
gales, Baronatus tamen nulla fit mentio.

5. Huic ad stipulatur, † quòd nec in Ord. Cam. ubi de Feudis 31  
regalibus solius Imperatoris judicio reservatis agitur, nulla pa-  
riter Baronatus mentio fit, *Ord. Cam. p. 2. tit. 7.*

6. *Fac. text. in Ordin. Cam. p. 2. tit. 4. §. Zum vierdten.* ubi † Comi- 32  
tibus tribuitur, quòd peti possint, ut à Cæsare Commissarii con-  
stituantur, coram quibus ab utraque parte procedi potest, & ta-  
men Barones omittuntur.

7. Dubium facit, quòd † nullus Baronum suffragium in Co- 33  
mitibus ferat, cum tamen nomine Comitum duo Comites suf-  
fragentur, *Bertram. de Comit. conclus. 70.*

8. Facit quòd † Comites in genere sint potentiores, & di- 34  
tiones ampliores possideant, quam Barones; meritò itaq; cen-  
sendi erunt digniores.

9. Quòd † Barones plerumque aliorum Principum sint Va- 35  
falli, & Landsassii seu subditi.

Verùm hisce non obstantibus, eorum mihi placet opinio, † 36  
qui gradu & genere dignitatis Comites & Barones, præsertim  
de usu & consuetudine Germaniæ, non differre, quamvis in or-  
dine regulariter Comes præcedat Baronem, asserunt, idque ex se-  
quentibus potissimum rationibus. I. Quia, † ut supra dictum 37  
est, ex usu Germaniæ pari dignitate censentur, *ut testatur Schra-*  
*der. Vultej. Sxin. Rosenhal. & alii.* Doctoribus † autem eximiis de 38  
consuetudine attestantibus eo casu, non parùm creditur, quan-  
do de illius loci consuetudine testantur, in quo domicilium ha-  
bent, & diù verati sunt, *Natr. consil. 218. n. 4. Menoch. cons. 238. n. 23.*  
*Honed. 1. consil. 101 n. 39. Rosenhal. de Feud. c. 9. conclus. 7. gloss. 3. Rol. à*  
*Vall. consil. 13. n. 21. v. 2.*

II. Quia † in Notissimis imperii Constitutionibus parifican- 39  
tur, tum quoad leges vestimentarias, *Reform. Polit. de Anno 1530. sub tit.*  
*Don Graffen vnd Herren. & de An. 1548. sub tit. Don Graffen vnd Her-*  
*ren. Policey Ordnung zu Frankfurt sub tit. 13.* Unde satis perspicuum  
est, Barones eadem cum Comitibus dignitate gaudere. Nam si  
Comites dignitatis gradu illo præcellerēt, utiq; his splendidior

habitus fuisset adsignandus, cum in legibus vestiariis dignitatis prerogativa attēdatur: tum etiā in matricula imperii, in privilegio & jure Austregarū, *Ord. Cam. p. 2. tit. 3. 4. & 5.* tum etiā, in munere judicis ac præsidum Camera imperialis, *Ordin. Cam. p. 1. tit. 1. in pr. & §. 2. N. U. de An. 1570. §. Die weil daß auch. & seq. Itē in constit. pacis religios. & passim in aliis Constitut. Sixtin. de regal. lib. 1. c. 4. n. 41.*

- 40 3. Quia † Barones regalem dignitatem non minū quam Comites obtinent, *Bald. in c. innovent. n. 18. X. de Elect. Henning. Gæden consil. 1. de aur. & argens. fodin. n. 6. & 7. Schrader. de Feud. p. 10. sect. 1. n. 22.* quando videlicet habent castrum sub titulo universali Baroniæ à Principe, *Don Garf. Mastrill. de Magistratib. lib. 4. n. 38. ubi hanc sententiam dicit veriorē. Cabed. decis. Lusit. 104. n. 4. ubi hanc dicit communem esse opinionem.* Et quod † Herzschaft æquē ut Graffschaft nomen sit universitatis collectivum, denotans & continens urbes, villas, agros, territorium & similia omnia Baroni dem Herren subdita, *posse Iohan. Sichard. consil. Feud. 1. n. 221. observavit Matth. Wehner. in practic. observ. verb. Herzschaft/ Graffschaft.* Et † Baronia cum Baronali dignitate concessa, non minū quam Comitatus cum Comitali dignitate concessus censetur feudum titulum à dignitate illa quam habet annexam. *Wesenbec. de Feud. c. 4. n. 3. Rosenthal. c. 2. d. conclus. 1. n. 4. Gædd. in resp. jur. de restit. Baron. Vallend. n. 137.*

- 43 4. Quia † Barones perindē ut Comites appellantur Illustres, *Bald. in c. 1. in pr. n. 6. de Feud. March. Purpurat. in l. 1. n. 244. de off. ejus cui mand. Frecc. in tract. de subinfeud. lib. 1. in pr. n. 14. & hoc sine controversia verum esse, quando Barones in sua Baronia possident regalia, dicit Schrader. de Feud. p. 10. sect. 1. Don Garf. Mastrill. l. c. 2. n. 56. quo † casu & jus Archivi habent, ut asserit Ruland. in tract. de Commissar. p. 2. lib. 5. c. 4. n. 37. Knich. in Epop. fol. 80. Et † n. Baronia sua exercent jura Principis, h. e. possunt in ea quod potest Imperator in universo, non minū quam Comites & alii Titulati, ut in finis autoritatibus id ipsum probat Schrader. de Feud. p. 10. d. sect. 1. n. 33. ubi hoc argumentum latius persequitur.*

- 46 Et quod † Baronis dignitas sit illustris & regalis dignitas, exinde etiam apparet, quod non solum Principes & Duces illum titulum ratione Baronatuū, quos possident, usurpant, utpote Duces Juliaenses, Herren zu Ravensstein: Megapolitani, der Land Hofstet vnd Stergardt Herren: Principes Anhaltini, Herren zu Zerbste  
47 vnd Werneburg. sed etiam † ipsi Augustissimi Imperatores hunc titulum usurpare non averfannur, ut apparet ex titulis Carol. V. Herr in Friefstand auff der Birschen Marck / zu Portenaw / zu  
Bistait/

Diffata/ro. N. U. de Anno 1521. in pr. & in aliis recessib. Ferdinandi,  
N. U. de Anno 1555. in pr. cum similib. Maximiliani I. N. U. de Anno  
1566. & sequentium Impp.

Ad 1. respondetur, † Ordinem scripturæ non semper ar- 48  
guere diversum dignitatis gradum; siquidem etiam inter eos,  
qui in eodem dignitatis gradu sunt, ordo aliquis servatur. Sic in-  
ter Principes æquali dignitate præditos alter præfertur alteri, ad  
evitandam confusionem. Et † quæ Molinæus & alii scribunt, 49  
forfan in Gallia & aliis regnis obtinent, non verò in Germania,  
*Rosenthal. de Feud. c. 2. concl. 1. gloss. f.*

Ad 2. respondetur, † Non esse faciendam vim in Nomine, sed 50  
in qualitate & realitate dignitatis & potestatis, *Narr. cons. 608. n.*  
*7. Tressaur. in præfat. ante decis. Pedemoni.* Non enim semper diversi-  
tas nominis, diversitatem rei inducit. Sic Marchiones, Land-  
gravii, Duces, differunt quidem nomine, non tamen regali di-  
gnitate. Unde † eleganter Bald. ad nostrum propositum dicit: 51  
Ducatus, Comitatus & aliæ hujusmodi dignitates, quocunque  
alio nomine vocentur, tales tamen manere; quia, ut ipse ait, rea-  
litate potius inspicimus, quàm nuda rerù vocabula, *cons. 291.*  
*incip. Ad evidenciam. col. 2. vers. apparet. lib. 2.*

Ad 3. respondetur, † Ex ordine præcedentiæ non rectè di- 52  
versitatem dignitatis inferri. Nam inter ipsos Comites aliquis  
est ordo præcedentiæ, non tamen diversus gradus dignitatis.  
Imò quidam ex Baronibus, quales sunt Limburgici, Waldbur-  
gici & Russi, quibusdam præferuntur Comitibus, *ut videre est*  
*apud Paurmeister. de jurisd. c. 1. in serie Comitum.*

Ad 4. respondetur, † Quòd in jure Feudali, quod moribus 53  
Longobardorum genitum & introductū, mentio non fit Baro-  
num & Baronatus, id inde fieri, quia illa dignitas in Longobar-  
dorū Republica fuit incognita. *Don Garf. M. strill. de Magistr. lib.*  
*4. c. 2. n. 54.* Sic neq; Landgraviatus fit mētio in jure Feudali, cūm  
tamen sine omni cōtroversia Landgraviatus æquè ac Marchio-  
natus sit regalis dignitas. Deinde respondetur, † ex cap. 1. de Feud. 54  
*March.* ubi numeratis quibusdā Feudis, quæ habent annexam  
regalem dignitatem, adduntur verba, *Vel aliâ seu aliquâ Regali*  
*dignitate investitus fuerit;* quæ utiq; demonstrant, plures esse re-  
gales dignitates quàm ibi enumeratas, *ut eleganter docet Rosent. d.*  
*conclus. 1. gl. e. Schrad. de Feud. pag. 2. c. 3.* Nam particula illa † ALI. 55  
QUA ibi ponitur pro particula ALIA, quæ est repetitiva similiū,  
*gloss. & Dd. in l. fugitivi. c. de serv. fugit. Tiraquell. de legib. Connubial.*  
*gloss. 3. n. 25. & 24. Prosp. Farinac. de delict. quæ est. 17. n. 51. lib. 1. & simili-*  
tudi-

tudinem infert cum iis, quæ expressa sunt, *Modest. Pistor. conf. 70. n. 18. vol. 1. Ernest. Coshman. resp. Academ. 1. n. 172.*

56 Ad 5. respondetur, † Quod in allegato textu Ordinationis Camerae, nulla quidē Baronatus fiat mētio, sed tamē post verba illa, *Fürstenthumb/Herzogthumb/Graffschafft*/subjicitur illa nota, quā designantur verba, *Et cetera*, quæ utique non sunt otiosa, sed similes enumeratis, ut sunt Barones & alii, arguunt. Nam dictio illa †

57 ET CÆTERA, est ampliatiua & hoc operatur, ut omnia familia, siue similem equalitatem habentia sub ista dispositione includantur, *Bald. in l. hac consultiissima. 21. in pr. C. de testament. Bars. & Ias. in l. Gallus. 29. §. idem credendum. ff. de liber. & posthum. Schrader. de Feud. part. 10. sect. 2. n. 67.* Et exceptio de uno casu trahitur ad alios casus ubi par subest ratio, *Cravett. conf. 540. n. 17.*

58 Ad 6. respondetur, † Quod favore alicujus receptum est, non esse in odium ejus detorquendum, *l. quod favore. C. de legib.* Jam verò ex peculiari causa & favore Baronum id statuitur in Comitibus, & remittitur Baronibus; quia Comites † plerumq; solent esse potentiores, & habere plures, quorum consilio & opere in hujusmodi commissionibus uti possunt, *Sixtin. d. c. 4. n. 45.*

60 Ad 7. respondetur, † Non minùs Barones (intellige, qui sunt Comitiorum participes) quàm Comites, ut Status ad Comititia vocari, & hos cum illis conjungi, jusq; suffragii habere, & isti duo Comites, tam Barones quàm Comites repræsēntāt. Ideoq; tam illorum quàm horum nomina in subscriptione Recessuum reperiuntur, *Sixtin. d. loc.*

61 Ad 8. respondetur, † Argumentum à potentia ad dignitatem non procedit, ut qui sit potentior, sit etiam dignior, *Petr. Calefat. de equest. dignit. n. 18.* Sic Episcopus, qui majorem habet diocēsim, non dicitur dignior altero habente minorem, *Garf. Mafrill. de Magistr. d. lib. 4. c. 14. n. 15.* quia potentia divitiarum, vel paupertatis humilitas, nec sublimiorem nec inferiorem Episcopum facit, ut dicit *Innocent. in cap. statutum. de Major. & obediēt. Dec. conf. 161. n. 2. Et est text. in cap. penult. distinct. 96.*

62 Ad 9. & ultimum respondetur, † Quod non solum multi ex Baronum, sed etiam ex Comitum numero inferiorum Principum Vasalli & Landsassii existant, ut ex *Recess. de Anno 1548. §. Wiewol g. 4. satis apparet.*

## CAP. XVI.

DE DVCATIBVS, PRINCIPATIBVS,  
Comitatibus, Baronatibus, & similibus Feudis  
regalem dignitatem annexam  
habentibus.

DICTUM est in præcedētib; de Personis regali dignitate præditis, videlicet Ducibus, Principibus, Comitibus, Baronibus; operæ pretium esse duxi, etiam quædam de ipsa regali dignitate adjicere. Regales † dignitates nuncupantur quasi a regia dato-<sup>1</sup>ris & summi Principis munificētia cum regalis juris collatione profluentes, ut notat *Gars. Mastrill. de Magistratib. lib. 4. c. 2. n. 3.* Nam Imperator † seu Princeps summus regalis dignitatis fons & sca-<sup>2</sup>turigo reputatur, *Alvarott. cap. 1. in pr. n. 4. quis dicatur Dux. Schurff. conf. 56. n. 6. lib. 2. arg. l. queris. 3. ff. de Natal. restit. Heig. illustr. 9. 9. n. 18. p. 1. Marant. de ord. judic. p. 4. distinct. 5.* in quo † omnes dignitatum<sup>3</sup> thesauri reconditi esse censentur, *Bald. in c. 2. vers. ita in Principe Romano. quis dicatur Dux, Marchio, &c. Curt. jun. consil. 1. n. 17. Borch. de Feud. c. 4. n. 12.*

Ad hoc ergo, ut Feudum † censeatur regale, duo requiruntur<sup>4</sup> copulativè: 1. Ut à Principe Romano vel alio superiore non recognoscēte conferatur, *Clar. de Feud. 9. 10. Zas. p. 2. de Feud. n. 1. & p. 5. n. 1. Rosenth. de Feud. c. 2. conclus. 1. n. 3. & ibi allegat. in gl. d. quia solius summi Principis hæc est potestas, Andr. Knich. de sublim. & reg. terris. jur. c. 1. n. 306. & c. 3. n. 110. Rot. à Val. cons. 100. n. 3. & seqq. ex quo solo regalis & territorialis dignitas fluit, & ad eundem re-<sup>5</sup>fluit, *Bald. ad d. c. 1. Henning. Gæd. conf. 3. n. 24. Knich. allegat. loc. Menoch. de præsumption. lib. 2. præsumpt. 14. per c. 1. de Feud. March. 2.* Ut cum † regali dignitate annexa conferatur illud Feudum, qualis<sup>5</sup> est Regni, Electoratus, Ducatus, Comitatus, Baronatus, & simi-<sup>6</sup>lium, *Rosenth. d. conclus. 1. n. 3. Schrader. de Feud. p. 2. c. 3. n. 3. & ibi alleg. Gædd. in respons. jur. de restit. Baron. Vallend. n. 140.* Et requisitorum horum uno deficiente, Feudum non dicitur regale.*

Ita † autem investiti omne jus in terris ad hoc feudum spe-<sup>6</sup>stantibus habent, quo summus Princeps in suo Principatu utitur, iis tamen exceptis, quæ in signum præminentię illi refer-<sup>7</sup>vantur, uti tradit *Schrader. modò allegat. loc. n. 4.*

Hæc † Feuda Ducatum, &c. secularia appellantur vulgò<sup>7</sup>  
(Sahnentehen/texts. in aut. Bull. c. 5. exinde fortè, quòd olim de his  
Feudis

Feudis vasalli per vexillum investiebantur, *gl. ad Lehenrecht / colum.*  
 § *pen. artic. 20.* Regna ¶ enim per gladium; provinciæ, ut Ducatus, Marchionatus, Comitatus, per vexillum olim investiebantur, *St. N. zu Wormbs de Anno 1521. sub tit. Römischer Königticher Majestät Regiment / 10. §. Vnd behalten vns bevor die Bezeichnung der Lehen/ die sie unter den Fahnen öffentlich mit Gotenniteten pflegen zu empfangen/ zu verleihen. Vultej. post Huttomann. 1. Feud. 7. sub n. 29. ubi sequentes Guntheri recitat Versus. utos :*

*Ergo ubi vexillo partem, quam diximus, ille,  
 Hic autem gladio regnum suscepit ab ipso.  
 Hunc etenim longum servatum tempore morem  
 Curia nostra tenet.*

- 9 Ecclesiastica ¶ verò Feuda regalia Archiepiscopatus, Episcopatus, &c. vulgò dicebantur Scepterlehen / quia hi de istis per sceptrum investiebantur olim. *Landrecht lib. 3. art. 60. ubi dicitur, Der Keyser soll lehen allen Geistlichen ihr Recht mit dem Scepter / vnd allen Weltlichen Fürsten mit dem Fahnen Schrader. p. 2. c. 3. n. 6. 7.*
- 10 Hodie ¶ illa solennitas in secularibus mutata, & Cæsar ejusmodi Feuda Ducatum per enses investire solet, ita ut Vasallus præstito jurejurando fidelitatis, capulum Ensis apprehendat,
- 11 & extremum ejus conum osculetur, *Vultej. d. c. 7. In ¶ Ecclesiasticis verò adhuc hodie præsum morem servari dicit Buxtorff in*
- 12 *Aur. Bull. concl. 69.* Sub illa tamen dictione, ¶ der Fürsten Fahnenlehen/ etiam Comitum & Baronum Feuda regalia veniunt, cum & hi largâ Principum appellatione contineantur, *ut supra dictum, & pluribus probat idem Buxtorff conclus. 68.*
- 13 Et quidem ¶ Feudorum jura Longobardorū moribus genita & introducta, utilitate & præstantiâ omnibus ferè regnis & populis se insinuarunt, & quasi ultrò suscepta & evocata magno omnium favore dominari cœperunt, *Cujac. in prælud. Feud. Vultej. 1. Feud. c. 1. n. 12. in fin. Clar. §. Feudum. q. 3. in fin.* Hi namq; ¶ Longobardi invasâ & occupatâ illâ Italię parte, quę postea ab iis Longobardia vel Lombardia dicta, & pro Italię parte haberi cœpit, *Gothofred. Anton. disput. Feud. 1. th. 1. l. c. c. cum gratis acciperent prædia & ditiones, facile gratis concedebant, retentâ sibi fidelitate, quam nullo arctiori quàm benevolentię & beneficii vinculo adstringi posse persuasum sibi habuerunt, Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. n. 26.*
- 14 Hoc ipsum perpendentes posteriores ¶ Impm. præcipuè Caroli M. successores, Præsides & Magistratus Provinciarū, qui olim temporarii fuerunt, *Cujac. 1. Feud. tit. 1. ac stipendiis & salariis contenti,*

genti, *Vultej. 1. Feud. c. 1. n. 14.* precariam & titulo administrationis annexam habuerunt dignitatem, exiguam utilitatem, *Heig. p. 1. q. 2. n. 5.* reservatâ sibi fidelitate de provinciis, quibus illi præerat, investire cœperunt, *Ioach. Stephan. lib. 1. de iurisd. c. 3. n. 37. Andr. Knich. de iur. terris. c. 1. n. 17. Coshman. 4. consil. 3. n. 3. & 99.* ut urgentibus † 16 imperii fatis obsequentiores & adversus hostes alacriores beneficiorum & ampliorum dignitatum collatione sibi redderēt, *Ferrariens. Montan. 1. Feud. c. 1. Vultej. d. c. 1. n. 14.* Crediderunt † nam- 17 que summi Principes, hosce eò attentius militaturos, si sua etiâ jura & rura potiùs quàm aliena defenderent, *Balthaf. Ayal. de iur. offic. bell. lib. 1. Connan. 2. commens. 9. n. 5.* ac bellorum necessitatem feuda peperisse dicit *Cujac. ad cap. un. 1. Feud. 1.* Ideoq; † in hujus- 18 modi Feudis robur & nervos imperii consistere existimarunt, *text. in c. imperialis. 2. Feud. 52. Andr. Knich. de investitur. pactio. c. 5. sub n. 257.*

Ista itaque † nomina, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, &c. 19 tituli olim fuerunt administrationis, in vim publici muneris precariò possessa, *Ioach. Stephan. d. c. 3. n. 37. Heig. d. q. 2. n. 5.* Postea verò patrimonii nomina facta sunt, & jurisdictio ipsa patrimonialis effecta est, *arg. cap. 1. §. & quia videmus. de his qui Feud. dar. poss. cap. un. in fin. de alienat. feud. cap. un. in pr. de Feud. March. Ernest. Coshman. 4. consil. 3. n. 3. Matth. Stephan. de iurisd. lib. 2. p. 1. c. 4. n. 7.*

Et sicut † olim Proconsules & Præsides provinciarum titulo 20 administrationis, ita hodiè Duces, Marchiones, &c. titulo patrimonii hæreditariè cum perpetuo & universali territorii jure sub qualitate der hohen Landtsobrigkeit/ plenissimam post Principem potestatem in suis ditionibus usurpant, *l. si in aliquam. l. & ideò. l. nec quicquam. de offic. proconsul. l. ex omnibus. & l. omnia. de offic. Præsidi. Menhsner. decis. 6. n. 87. tom. 2. lib. 1.*

Ac cum † jurisdictionem perpetuâ & nomine proprio tran- 21 sitoriam ad hæredes habent, magis similes sunt Principi quàm Præsidi, *Claud. Bertazzol. in addis. ad Bartholom. Bertazzol. consil. 285. lib. b. lib. 2. Anton. Sola ad consil. Sabaud. & Pedem. in proem. gl. 3. n. 9. 10. & 21. Menoch. consil. 302. n. 21.* Unde † etiâ quisq; Princeps, Co- 22 mes, Baro in Germania ejus terræ seu ditionis quam possidebat, aut cujus jura defendebat, quæq; jure regali insignita erat, nomē assumpsit, *Andr. Knich. de sublim. & reg. territ. iur. c. 1. n. 192. Douf. lib. 5. annal. Holland. & aliàs † nomina dignitatum imponuntur ac 23 assumuntur secundum originalem rationem, Bald. ad l. humani- tas. n. 2. C. de impub. & al. subst. Wesenbec. consil. 34. n. 56.*

Non tamen † prætereundum, ad constituendâ regalē dignita- 24 tatem

- tem non semper necesse esse, ut castrum aliquod cum universali territorii jure ab Imperatore vel alio superiorem non recognoscente in Feudum detur, sed satis est ut possessor ejusmodi Castrum in Principatum, Comitatum & Baronatum cum sublimi territorii jure ac regali dignitate, in allodium suum acceperit vel habeat, ut ex *Munsteri de origin. Princip. German.* tradit *Ioh.*
- 25 *Gædd. in resp. jur. de restit. Baron. Vallend. n. 458.* Itaq; in imperio ¶ non omnes Comitatus immediati sunt *Reichslehen* sed etiam quidam sunt *Eigentthumb* *Auct. decis. Cameral. verb. Comitatus.* Talis est Comitatus *Moers.* Talem etiam fuisse puto Comitatum *Waldecensem*, antequam ab Illustrissimis *Hassia Principibus* in Feudalem recognosci cœpit, cum similibus.
- 26 Idem etiam puto, ¶ si aliquis ultra hominum memoriam regalem dignitatem in suo castro usurpaverit, arg. §. *Wann auch ein*
- 27 *Hufgejogener. N. U. de Anno 1548.* Nam immemorabile ¶ tempus vim contractus justæ causæ, tituli, privilegii, & juris plenissimi obtinet, *l. fin. de aq. pluv. l. hoc jure. ff. de aq. quosid. Myns. 5. O. 24. Menoch. 2. arbit. cas. 43.* ita ut jurisdictio, omnia regalia, & imperium hoc tempore quærantur, *Balb. de præscript. 2. p. 3. part. 9. 6. n. 13. Maria de jurisd. p. 1. cap. 32. n. 26. Cravett. de antiquit. temp. p. 4. q. 24. n. 201.*
- 28 Pro junioribus etiam notandum, ¶ Regalem dignitatem differre à Regalibus. Sunt enim multa Regalia, quæ non sunt Regales dignitates, ut in *c. 1. quæ sint Regalia. Rosenhal. c. 2. d. conclus. 1. n. 3. & in gl. b.* Et quamvis hodiè ¶ regalia & territorii jus sæpè permisceantur & confundantur, tamen reverà & propriè differunt separataque sunt, quæ de re *Litiis Sixtin. 1. de regalib. c. 1. n. 7. &*
- 30 *n. 18.* Quamvis neque hoc omittendum, ¶ ut his, qui cum regali dignitate sub universitatis & dominii perpetui jure investiti sunt, regalia etiam competant, *Dec. cons. 403. n. 6. Castrens. cons. 34. col. 3. in fin. vol. 2.* Eamque opinionem communiter receptam dicit *Socin. jun. consil. 98. n. 1. vol. 3.* etiam si ipsorum regalium mentio
- 31 in concessione facta non sit. Nam licet aliàs ¶ generali concessione Regalia non veniant, *c. quod translationem. de offic. leg. Wesenb. cons. 32. n. 11.* quia in eam regulariter non veniunt quæ speciali notâ digna sunt, *l. 1. §. 1. & ibi Dd. ff. de off. ejus cui mand. est juris d. c. per translationem. & ibi Dd. de off. leg. & quæ magni momenti sunt, ut regalia, arg. cap. fin. de præbend. & in quibus concedendis Princeps se solet reddere difficilem, *Sylvan. consil. 56. n. 24. Cravett.**
- 32 *cons. 172.* Secus tamen ¶ est in concessione facta per nomina significantia universitatem, *Iason consil. 45. col. 4. n. 16. lib. 1. Cravett. cons.*

conf. 411. n. 46. & seqq. quia † sub universitate multa veniunt, quæ 33  
 non veniunt sub generalitate, *Decian. conf. 123. n. 10. & 92. vol. 3. &*  
 in illa † consentur transire omnia jura. quibus concedens uti po- 34  
 terat in loco concesso, supremâ potestate & dominio excepto,  
*Bald. in l. beneficium. col. 1. de constit. Princ. Decian. d. conf. 123. n. 25.*  
*Meichsner. decis. Camer. 6. n. 88. tom. 2. lib. 1. fol. 638. idq. eò verius est,*  
 quòd verba universalìa † majoris semper sint efficaciz, quàm 35  
 generalia, & omnia includant quæ excogitari possunt, *Bart. in l.*  
*generalia. §. uxori. de usufr. legat. Myns. resp. 3. decad. 13. Schrader. de*  
*Feud. part. 10. sect. 5. n. 71. & seqq. Bursat. conf. 16. n. 48. efficiuntq; ut*  
 restrictionem non admittant quæ aliàs restrictionem reciperēt,  
*Osaic. Cacheran. decis. 94. n. 10. Dec. conf. 66. n. 2. & habent vim spe-*  
 cialis expressionis, *(aphal. conf. 59. n. 116. Cravett. conf. 467. n. 3. ac*  
 idem operentur ac si de singulis in specie facta esset mētio, *Surd.*  
*decis. 265. n. 30. Quod tamen quidam ita limitant, si regalia solita*  
 sint concedi cum castro vel territorio, *vid. Sixtin. de regal. c. 5. n. 85.*  
 & ibi alleg. Possunt tamen etiam bona regalem dignitatem an-  
 nexam habentia per † subinfeudationem ab inferiore factam 36  
 haberi, utpote Comitatus, & Baronatus, *Borch. de Feud. c. 4. n. 12.*  
*Rosenthal. de Feud. c. 2. concl. 1. n. 3. Sixtin. de regal. lib. 1. c. 8. n. 39. vid. que*  
*sup. tractat. c. 7. circ. fin. Verùm hæc collatio originaliter & radica-*  
 liter ex Imperatoris concessione dependet.

## CAP. XVII.

DE SVCCESIONE, DIVISIONE, ET AD-  
 ministracione Feudorum Regalium, Ducatum, Comi-  
 tatum, Baronatum, &c. Et incidenter quæ-  
 dam de jure Primogeniture. Item,  
 quid juris de Comitatu unito  
 Ducatui.

ANTIQUISSIMO tempore † sic fuit in Dominorum po-  
 testate Feudum connexum, ut quando vellent, possent au-  
 ferre rem in feudum à se datam. Postea verò eò ventum est, ut  
 per annum tantum firmitatem haberent feuda. Deinde statu-  
 tum est, ut usq; ad vitam fidelis producerentur, ita ut ne quidem  
 ad filios jure successionis pertinerent. Tandem progressum est,  
 ut etiam ad filios deveniret. Sed cum hoc jure successionis ad fi-  
 lios non pertineret, sic progressum est ut ad filios deveniret, (in

quem sc. Dominus hoc vellet beneficium confirmare) quod hodiè ita stabilitum, ut ad omnes æqualiter veniat, *text. in c. un. l. Feud. tit. 1. §. & quia. & ibi Cujac.*

- 2 Et postquam Feudorum † mores Longobardorum imitatio-  
ne in Germania increbescerent, beneficia tam regalem dignita-  
tem annexam habentia quàm alia successionis jure deferri &  
perpetuari cœperunt, *ut præcedenti c. monui.* Quamobrem operæ  
pretium esse duxi, quædam de successione & divisione circa  
Feuda regalem dignitatem annexam habentia, ut sunt, Ducatus,  
3 Comitatus, Baronatus, &c. annexere. Nam quamvis & hæc †  
non minùs quàm alia sanguinis propagatione in seram poste-  
ritatem deriventur, divisionem tamen nauseant, *text. in cap. un. §. 1. vers. præterea. 2. Feud. 55. de prohib. feud. alien. per Frider. Cujac. 2. Feud. 12. Schrader. de Feud. p. 8. c. 2. sub n. 31. idq; multis firmatur rationibus.*
- 4 1. Quia in hisce virtus † unita fortior in se ipsa, quàm si sit  
dispersa, *Rosenthal. de Feud. c. 9. con. l. 55. gl. a.*
- 5 2. Quia † divisio talium Feudorum multiplicaret Dominos,  
*ut dicit Bald. m. c. 1. §. si quis. & c. n. 4. & 5. quo temp. miles.* quæ multi-  
plicatio Reipub. foret perniciofa, *c. in apibus. 12. q. 1. Cravett. conf.*  
6 624. n. 9. Unde † Principatus vel Ducatus dicitur corpus sphæ-  
ricum, quod si divideretur, destructionem induceret, *Lancellot. in  
templ. omn. jud. lib. 1. c. 2. §. 1. q. 1. n. 15. Andr. Knich. de Saxon. non provoc.  
jur. c. 3.*
- 7 3. Per divisionem † majorum Feudorum diminuerentur di-  
vitiæ & dignitates, in quibus consistit decus & splendor impe-  
8 rii, *Hier. Schurff. 2. conf. 27. n. 1.* Per divitias † namque crescunt &  
conservantur familiæ illustres, *l. quisquis. C. ad L. Jul. Majest. l. 6. C.  
de susp. Tutor. l. 3. in pr. de testib. & sine iis sordescunt & decrescunt,*  
9 *l. 9. C. de quæst. Cothman. conf. 19. n. 12.* Et stultum est † sine divitiis de  
illustri dignitate seu Nobilitate certare, ut ex *Hoffiens.* dicit *We-*  
*senb. conf. 4. n. 43.* quæ absq; iis manca est & ludibrio. *Tiraquell. de*  
*Nobilit. c. 25. n. 9.* Hinc *Æneas Sylvius in Epist. 71.* inquit: Mundalis  
honor divitiis sustentatur, quæ sunt fidejussores futuris necessi-  
tatibus, & sine quibus mortua est mortalis dignitas.
- 10 4. Familiæ † illustres per nimias divisiones dispersæ & mul-  
tiplicatæ vilescerent & præter nomen dignitatis nil retinerent,  
*arg. l. 2. C. quand. & quib. quart. pars. l. communi dividundo. ff. de com.  
divid. Vulstej. 1. Feud. 8. n. 36.*
- 11 5. Variaretur † matricula Imperii, & collectæ redderentur  
incertæ. *Andr. Gesl. 1. obs. 153. n. 4.*

De consuetudine tamen notoria † plurimi etiam hæc Feuda 12  
 dividunt, *Geil. d. obs. 153. n. 2. Schneidvvin. ad §. quædam actiones. n. 37.*  
*Instit. de action. Vullej. 1. Feud. c. 8. n. 36. Ernest. Coshman. 4. consil. II. n.*  
*94. ubi dicit, omnium ferè populorum moribus receptum esse, ut hæc feu-*  
*da dividantur. Rosenth. de Feud. c. 9. conclus. 56. n. 5. ubi in Lombardia, to-*  
*ta Italia, Gallia, & Germania, vel experientia teste, ita servari tradit.*

Notandum tamen, quòd in Germania † in dubio non tam 13  
 ipsa jura regalia Ducatum & similibus majorum feudorum,  
 sed potius administratio, fructus & commoditates quasi ex usu  
 dividi censeantur, ut *post Alexandr. Curt. Henning. Gøden. tradit*  
*Weseneb. cons. 32. n. 8. & seqq.* Ideoq; Principes, † qui dividerunt 14  
 hoc modo, non solum de illis partibus, Comitatus & ditioni-  
 bus, quas singuli administrant, se nominant, & titulos usurpant,  
 sed de omnibus, ac si nulla divisio secuta esset, ita ut ipsum cor-  
 pus dignitatis regalis non videatur scindi, *Rosenthal. d. conclus. 56.*  
*n. 9.* Idq; commodè fieri potest, † si Ducatus contineat loca, 15  
 præfecturas & ditiones separatam jurisdictionem habentes,  
*sonderliche Empter vnd Herrschafften. Hieron. Schurff. consil. 37. n. 4. cent.*  
*2. Ludolph. Schrader. de Feud. p. 8. c. 2. n. 39.* Unde † si unus ex his de- 16  
 linqueret in alterius territorio, non posset ab alio puniri, quia  
 cum jurisdictio sit communis inter eos, par in parem non ha-  
 bet imperium, *us not. in l. communi. ff. de com. divid. fac. c. prudentem. in*  
*pr. de offic. deleg. Et ita ex Bart. tradit Schurff. d. loc.*

Licet itaque † administratio & emolumentorum perceptio 17  
 dividantur, tamen ipsa regaliorum & jurisdictionis substantia  
 apud omnes in solidum manet. Et hæc administratio † alia est 18  
 ab ipsis Feudis & eorum dismembratione, sicut aliud est, Magi-  
 stratus; aliud, Magistratus functio; aliud, Prætura; aliud, Prætu-  
 ræ administratio; aliud, jurisdictio; & aliud, jurisdictionis exer-  
 citium. *Herman. Vullej. 1. Feud. 8. sub n. 36.*

Sic constat, † ditionem Hassiæ cum omnibus Comitatus & 19  
 bonis immobilibus esse universitatem majorem militaris digni-  
 tatis individuam, *d. §. præterea. 2. Feud. 55.* quamvis administratio  
 & emolumenta, ut olim sæpè, ita & hodiè sint inter agnatos di-  
 visa, ipsum tamen jus beneficiarium mansit, & jam nunc est in-  
 divisum, *Oldendorp. inter consil. Marburg. vol. 2. consil. 5. in ipsa facti*  
*specie. & n. 97.* Ideoq; tam † possessio civilis, quàm Dominium 20  
 ipsum totius Ditionis Hassiæ cum pertinentibus Comitati-  
 bus, Ditionibus & Præfecturis ad omnes Hassiæ Landgravios  
 æqualiter & pro indiviso pertinet, & divisio facta administra-  
 tionem, emolumenta & naturalem possessionem respicit, *vid.*

- Act.* in sachen Hessen contra Hessen/die F. Marburg/ *inc. ess.* betreffend/  
 21 *in deduct. caus. Princip. n. 88.* Sunt tamen † quædam ipsam etiam  
 Administrationem respicientia adhuc indivisa in Hassia, ex ju-  
 rata perpetua & hæreditaria conventionione, ut sunt das Hessische  
 22 Hoff- und Revisiongericht/ die Landtage/ Synodi und Zölle. Et hæc †  
 exceptio confirmat regulam de universali administrationis di-  
 visione in casibus non exceptis, *Bart. in l. quæsum. §. denique. de*  
*fund. instr. leg. Everhard. in loc. leg. ab except. Ca. heran. decis. 50. n. 10.*  
 23 & seq. *fac. l. nam quod liquida. ff. de pen. legat.* Et in non † exceptis  
 judicatur juxta regulam, *Ku. ger. Kuland. de Commissar. p. 1. lib. 2.*  
*c. 3. n. 5.*

24 Quodd etiam † vera divisio Ducatum & similibum Feudo-  
 rum fieri possit, accedente Imperatoris consensu, & non con-  
 tradicentibus subditis, multis Dd. auctoritatibus tuetur *Ernest.*  
*Coshman. consil. 11. n. 65. & seqq. vol. 4.*

25 Quidam tamen † Ducatus omninò, ne quidem quoad admi-  
 nistrationem & emolumentorum perceptionem, divisionem  
 admittunt, ut sunt Electoratus, *Aur. Bull. Carol. 1 V. c. 24. ubi ita dis-*  
*ponitur:* Darumb wollen wir und setzen das ewiglich zu halten / das nun  
 fortan zu künfftigen zeiten das Römereich Böhmen / Graffschafft der  
 Pfalz beyrn Rhein / das Herzogthumb zu Sachsen / Marckgraffschafft  
 Brandenburg / vnd der Lande/ Gebiethe/ Huldigung vnd Dienstbarung/  
 vnd jegliche die darzu gehören/ wie die genant seyn/ weder zu trennen noch  
 zertheilen/ noch mit teimerley sachen nicht zertheilet werden/ besonder sol-  
 ten sie mehr in ihr ganz Vollkommenheit bieben ewiglich / vnd der Erste  
 gebohrne Sohn soll Nachkommen seyn in den sachen / vnd ihm sollen alle  
 Herrschafft vnd Recht folgen.

26 Sic & † in Ducatu Bavariz Primogenitus solus succedit, reli-  
 quis fratribus alimentatione relicta. Idem introductum in Du-  
 catu Brunsvicensi & Württembergensi.

Non prætereundum, quòd in quibusdam Ducatibus, jus pri-  
 mogenituræ non agnoscentibus, multiplicatis familiis, postea  
 pacto familiæ utiliter fuit introductum, ut in qualibet familiæ  
 linea Primogenitus succedat. Sic in Hassia duæ jam sunt lineæ,  
 Darmstadiæ & Castellana. Et quamvis ratione totius ditionis  
 Hassiæ nullum Primogenituræ jus unquam valuerit, hodiè  
 tamen singulari pacto & conventionione, in utraque linea Primo-  
 genituræ jus receptum. Idem est in Pomerania, Ducatu Mega-  
 politano, & aliis.

27 In his autem † unius familiæ, diversarum tamen linearum  
 Principes si concurrant, in ordine præcedentiæ, ut plurimum

ætatís tantùm prærogativa spectatur, Anton. Coler. de jur. imper. German. s. 69. sive ex primogenitilinea sit, sive ex alia. Prout etiam aliàs † major natu inter Principes ejusdem familiæ, qui 28 in successione æquales sunt, investituram suo & aliorum nomine petit, prout agitatum in causa Herim Ernsi M. zu Baden / contra Herim Wilhelm H. zu Beyern / apud Meichsner. tom. 2. lib. 1. decis. 5. fol. 421. ubi in actis proponitur, daß es bey dem Hause zu Baden / wie auch sonst im Reich herkommen / daß allerwege der Etteste Fürst von sein vnd der ander wegen die Lehen empffenge. Quod etiam † singulari 29 pacto olim inter Ludovicum ejus nominis secundum & Henricum Hassiæ Landgravios fuit constitutum, daß der Etteste in alle wege die Negativen vñ Lehen schafften von Keyserlichen Majest. von seiner selbst vñ der andern wegen als ein Gampetichen empffehen vñ tragen sollte / uti apparet ex actis in causa Hessen contra Hessen / in class. 4. der Fürstlichen Schreiben den Primogenitur freit betreffend. Ex quo tamen pacto apparet, allegatam in actis Badensibus consuetudinem, non esse universalem & satis tutam, aliàs namque hoc pacto opus non fuisset, ideoq; in iisdem actis Badensibus isti assertioni contradicium fuit, ut apparet apud Meichsner. supra alleg. loc.

Si verò Primogenituræ † jus in aliqua familia non obtineat, 30 omnes tanquam simultaneè investiti æqualiter succedunt, maxime si investitura directa sit auff die rechte Manns, Leibes, Lehen's volgere zugesambten Lehen.

An verò in ejusmodi † Ducatum divisione & assignatione, 31 testamentaria dispositio locum sibi vendicet, ita ut testator iis, qui ab intestato æqualiter essent successuri, per testamentum inæquales portiones possit assignare? Et sunt rationes firmissimæ, quibus negativa defenditur. Nam † quæ ex pacto & provi. 32 dentia majorum, & ex liberalitate concedentis ad aliquem ipso jure pertinent, testamento auferri vel minui invitis nobis non possunt, text. in l. eum qui. 3. ibi: Quæ verò non à patre, sed à genere, à civitate & rerum natura tribuerentur, ea manere eis incolumia. ff. de interd. & relegat. l. 22. §. 1. in fin. ibi: Non oportet admitti fideicommissum, quia hoc non iudicio ejus, scilicet defuncti, ad eum pervenit, sed principii providentiæ. ff. de adoption. text. notab. in l. un. ibi: Ex his enim successibus, debui potius solutio, quàm muneris oblatio comprobatur, quæ non largientibus etiam, ipsa propinquitatis serie deferuntur. C. de imponend. lucrativ. descript. text. in jure Feud. in c. 1. ibi: Nulla ordinatione defuncti in feudo valense. de success. Feud. Bart. in d. l. 3. eum qui. ff. de interd. Ludov. Molin. de jure primogenit. Hispan. lib. 4. cap. ult. n. 4.

- & 9. Hieron. Schurff. *consil.* 47. *cent.* 1. & *consil.* 17. *n.* 6. *cent.* 3. Rosenth. de Feud. *cap.* 9. *concl.* 67. *n.* 2. & 3. Wesenb. *consil.* 15. *n.* 21. Anton. Fab. in C. *rerum in Sabaud. judic. lib.* 4. *tit.* 1. *de fin.* 4. Tiber. Decian. *resp.* 117. *n.* 32.
- 33 & *seq.* *vol.* 3. Nam † qui in tali feudo succedit, non tam in locum ultimi possessoris, quam primi investiti succedit, nec tam personæ, quam beneficii & feudi successio fieri censetur, *c. un.* 2. Feud. 11. *vers.* ad cognatos. *ibi:* Ad cognatos enim ejus beneficium non pertinet, neque beneficii successio. Anton. Fab. in *consultat. de Ducat. Montisferr. pro Duce Sabaud. part.* 1. *p.* 114. Cum enim † successores æquè in investitura sint comprehensi, atque primus investitus, à cedente beneficium hoc jam ab initio datum iis censetur, tanquam non tam in jus, quam in locum primi acquirentis successuris, idemque jus per mediam quidem primi acquirentis & subsequen-  
 34 tum personam, ex proprio tamen capite habituris, ut eruditè enucleat *Ant. Fab. in d. consult.* *p.* 117. Quamobrem cum  
 35 illud † jus non ex testatoris beneficio descendat, neque ejus dispositione tolli debet, unde in Feudis ex pacto & providentia & vel maximè simultaneis, Feudi possessor in præjudicium successorum nihil disponere potest, neque per testamentum, neque inter vivos, *Marian. Socin. jun. cons.* 65. *n.* 19. *Wesenb. cons.* 41. *n.* 105. & *seqq.* Ernest. Coshman. *cons.* 67. *n.* 69. Schradev. de Feud. *p.* 7. *c.* 2. *n.* 3. Et  
 36 sicut de † successione regia, quæ non jure hæreditario, sed jure sanguinis legis aut consuetudinis deferretur, usque adeo regem testari non posse, ut ne quidem Primogenitus regis, aut alius proximior, cui regnum debetur, id vi testamenti vel alterius dispositionis capiat, *Philip. Franc. ad rubr. n.* 36. *de testam. in 6. Maria. Laudens. de Principe.* *q.* 380. *Coras. in l. filium quem. n.* 22. *C. famil. exisc.* *Hotoman. de jur. success. reg. in reg. Franciæ. l.* 1. ita nec de Dignitatibus, putà, Ducatibus, Marchionatibus, Principatibus, Comitatibus, quæ jure sanguinis deferantur, & ad successorem in dignitate pertinent, regulariter testamentum non valere, *ex Maria. Laudens. Philipp. Franc. & aliis tradit Joh. Daub. in exposit. l. fin. n.* 16.
- 37 C. de pact. nisi ipsi † successores testamentum ratum habeant, & pacto vel jurejurando id confirmant. Quamobrem pro regula  
 38 traditur, † quòd Feuda Dignitatum hoc speciali jure habeant, ut non admittant ullam successionem hereditariam, nec tam ex causa successionis hereditariæ deferantur, quam ex pacto & investitura, *per text. in cap. unic. de Feud. March. & ibi not. Bald. Anton. Fab. in Consultat. de Ducat. Montisferr. pro Duce Sabaud. part.* 1. *p.* 120.
- 39 Unde illud ulteriùs inferitur, † quòd Princeps in testamento non possit jus Primogenituræ in præjudicium aliorum filiorum, qui  
 simultaneè

simulaneè & æqualiter ex pacto & providentia Majorum suorum vocantur, ipsis invitis erigere: tum, † quia habent jus ex prima investitura quæsitum, non beneficio patris, sed concedentis, ideoque sine facto ipsorum auferri id non potest, *l. id quod nostrum. de regul. jur.* Hinc etiam † Filius vivo Patre censetur esse investitus de Feudo, *l. in l. quoties. col. 7. C. de rei vindic. Tiraquell. in tract. le mort sais. le vis. in præfat. declarat. 4. & in tract. de primogen. quæst. 40. n. 99. & vivo † patre Feudum patris quodammodo habere & possidere, gl. in c. 1. §. fin. & ibi Bald. Alvarott. Præposit. de Feud. cognit. Ludolph. Schrader. de Feud. p. 10. sect. 5. n. 221.* Tum etiam, quia † Primogenitura regalis sine Principis summi auctoritate constitui non potest, *Dec. consil. 1. n. 153. & seq. vol. 3. Gutierrez præf. quæst. canon. c. 14. lib. 2. Don Garf. Maswill. de Magistratib. lib. 4. c. 13. n. 18.* Tum denique, quia primogenitura † ratione dignitatis regalis, non minùs quam ipsa Regalis Dignitas publici juris est, *argumento eorum, quæ tradit Bart. ad l. 1. C. de dignit. & ibid. Luc. de Penn. Tiber. Decian. respons. 7. n. 70. & seq. vol. 3.* Quæ autem publici juris sunt, dispositioni testamentariæ & pactioni privatorum non subjacent, *l. jus publicum. ff. de pact. l. 2. §. sed quia veremur. C. de juram. calum. l. cum servus 39. §. si verò Salustianus. cum §. §. seq. ff. de legat. 1.* Et quamvis † Principes imperii respectu suorum subditorum publicam personam sustineant, respectu tamen Imperatoris & totius imperii, unde regalis dignitas, quam possident, dependet, pro privatis habendi, ut in simili, civitates respectu Romæ omnes censentur loco privatorum, *l. 16. in fin. ff. de V. S.*

Quid si Princeps in testamento uni ex filiis majorem portionem consentientibus filiis aliis, in testamento, hac adjunctâ motivâ, **QVIA IS SIT PRIMOGENITUS**, assignet, † reliquis etiã universalibus heredibus institutis, an propterea censendus erit jus Primogenituræ constituere voluisse? Et magis est quòd non; quia † illa determinatio non tam causam finalem, quam impulsivam arguit. Et † universalis omnium filiorum institutio, cum primogenituræ jure & natura pugnat, quamvis portionibus inæqualibus instituti sint. Cùm non tam † distributivè hereditas, quam sola heredis instituti qualitas denominativè ex institutione spectetur, *Bart. in l. ut iurisjurandi. §. si liberi. ff. de oper. libert. Bald. ad tit. 8. de success. Feud. versic. quæro utrum filius. Ant. Fab. in Consult. de Ducat. Montisferat. part. 1. pag. 121.*

Et licet hoc casu † certi limites videntur assignati acquirendæ hereditatis, attamen æqualiter sunt instituti, & res, in quibus sunt instituti, habentur pro legatis, h. e. quilibet accipit suam

portionem in qua est institutus, tanquam præcipuam; in reliquis verò succedunt æqualiter, *l. ex facto, in pr. vers. ita igitur, ibi*: Pone duos esse heredes institutos, unum ex fundo Corneliano, alterum ex fundo Liboniano: & fundorum alterum quidem facere dodranicem, alterum quadrantiem, erunt quidem heredes ex æquis partibus, quasi sine partibus instituti, quamvis officio iudicis unicuique eorum fundus, qui relictus est, adjudicetur. *ff. de heredib. institut. text. in l. quotiens ex parte tertia fundi Corneliani alter ex besse ejusdem fundi: Celsus expediit. mam Sabini sententiam sequitur, ut detrahitur à fundi mentione, quasi sine partibus heredes scripti hereditate possidentur. ff. eod. Iohan. Sichard, ad l. quotiens. n. 6. C. de hered. instit.*

51 Ex t̄ notoria itaque & universali Germaniæ consuetudine, in feudis regalibus (excepto Electoratu) jus Primogenituræ & quæ illi cohærent citra speciale pactum privilegium aut similem contrariam dispositionem, vel consuetudinem legitimè præscriptam, locum non habet, sed pari jure Feudi successores succedunt, *ut communiter Dd. statunt, & videre est apud suprâ allegatos.*

52 Prædicto casu t̄ cùm omnes succedant, quamvis uni pars Ducatus, alteri Comitatus Ducatui unitus unus vel alter assignetur, omnes ita dividentes nihilominus sunt & manent Duces, & Principes universi Ducatus, & Principatus: tùm, quia t̄ ipsa regalis Dignitas & Feudi substantia manet indivisa, *Schurz. d. consil. 37. n. 5.* & proinde cùm ista regalis dignitas sit individua,

ut in toto, ita etiam in qualibet parte tota est, sicut anima tota in qualibet corporis parte tota esse censetur. Sic servitus t̄ in fundo quæ sita per partes ejusdem indivisa retinetur, *l. ut pomum. §. si prædium. ff. de servis, manetque tota in qualibet parte divisa, ut alibi totus fundus est in parte dotis, l. fin. de jur. dot. tùm, quia*

55 t̄ Principes nascuntur & rursus eveniente casu successione solidum Ducatum vigore investituræ primæ consequi possunt, *Rosenthal. de Feud. c. 9. concl. 56.* tùm, quia t̄ Dignitas ista, esse Ducem, Comitem, &c. illius Ducatus, Comitatus, personæ congenita est, eique adhæret, *Frider. 1. de Processib. cap. 19. n. 11. Andr. Knich. de jur. territ. cap. 1. n. 221.* splendorque Provinciæ ex possessoris Dignitate, non dignitas hominis ex Provincia oritur, *Matth. Stephan. 2. de jurisd. p. 1. c. 6. n. 31. & seqq.* Indeque omnes t̄ ad Comitiorum & circularum conventus tanquam Principes imperii vocantur, sessionemque ac votum in Comitibus habent, *Bertram. de Comitibus, conclus. 41. p. 140.* cùm intersit Reipub. daß das Reich an seinen Gliedern und Stimmen gestärket werde. *D. N. zu Speyer de An.*

56

no 1570.

no 1570. §. Nachdem auch noch etliche. Esse ꝑ namque Statum impe- 58  
rii, personæ celsitudo est & summi Principis beneficium, non  
glebæ precium, quem scilicet summus Princeps sedere dignatus  
est in Comitiorum conventibus. R. N. de Anno 1548. ibi: Der  
Stimm vnd Stand in Reichoversambtung hat. Zachar. Vietor de ex-  
empi. conclus. 28. Secus tamen est, ubi ꝑ primogenituræ jus viget; 59  
tùm enim solus Primogenitus vocatur, qui solus pleno jure Du-  
catum administrat.

Denique facit quòd Comitatus ꝑ unitus Ducatui & Princi- 60  
patui, capitis naturam habere censeatur, Decian. consil. 32. n. 29. lib.  
2. Ioh. Davith. in exposi. l. fin. n. 72. circ. fin. p. 294. C. de pact. Nam ꝑ 61  
unio facit rem esse ejus naturæ, cujus est id cui unitur, c. si ad. 1.  
Ne sed. vacant. in 6. c. recalesces. de statu Monach. l. Lex Falcidia. l. §. si  
coheredes mei. & ibi Bart. ff. ad L. Falcid. & apud iuris ad hoc in l. non  
dubito. ff. de captiv. & postum. revers. qui dicit, Si res sint redactæ ad  
unum, quòd tunc non debent diverso jure censerì. l. cum qui ædes. 23. ff.  
de usucapion. Zobel. different. parti. 2. differ. 46. n. 7. Hæc enim ꝑ natura 62  
est unionis, ut res unitas ad eandem essentiam reducat, ut unum  
ab alio separari vel divelli non possit, Don Garf. Masirill. de Magi-  
stratib. lib. 4. c. 12. n. 30. ita tamen, ut magis dignum trahat ad se  
minus dignum, c. per tuas, de arbur. cap. quanto. de judic. l. si commu-  
nem. ff. quemadmodum servit. amitt. l. qua religiosis. ff. de rei vind. l. si  
alieni. ff. de solut. Marant. de ord. jud. p. 4. distin. 11. n. 18. & minor ꝑ 63  
pars unita majori censeatur facta illius appendix, l. libus. C. de  
agricol. lib. 11. ubi Bart. Wesenb. cons. 1 n. 52. Et ita semel unicum ꝑ & 64  
aggregatum amplius dividi aut separari non potest, Paris de  
Pui. de redintegr. feud. fol. 65. vers. an possit Bart. Menoch. cõsil. 26. n. 26.  
lib. 1. Et vigore ejusmodi unionis ꝑ Comitatus unitus Principa- 65  
tui regulatur secùdum illius leges, Br. in l. si convenerit. §. si nudo. n.  
3. ff. de pign. act. Bald. in c. translatio. n. 4. vers. & facit istud. X. de constit.  
quod ita ponderavit referens in caula Meyntz contra Erfurt/  
apud Meichsner. tom. 2. lib. 1. decis. 9. n. 14. quia ꝑ connexorum & 66  
unitorum idem judicium: & idem juris est in connexis sive uni-  
tis, & accessionibus, quod est in principali, Fulv. Pacian. de probat.  
lib. 1. c. 26. n. 15. & c. 27. n. 48. Nat. consil. 286. n. 4. Herm. Vultej. consil.  
Marpurg. 16. n. 79. vol. 1. Hinc Dd. theorica, ꝑ quòd augmentato 67  
regno pars illa augmentata eodem jure censeatur, quo regnum  
ipsum; ita ut iisdem moribus & consuetudinibus regatur, ut  
tractat Boer. quaest. 50. n. 19. post Alex. in l. si ex toto. §. per ill. text. de le-  
gat. 1. & cons. 178. vol. 2. Ant. Fab. in d. consulti. p. 1. pag. 52. Comitatus ꝑ 68  
tamen unitus, si quæ privilegia habeat, quæ ditioni & Principa-

- tui, cui unitus est, non conveniunt, per unionem non amittit, sed retinet, uti ex *Affl. Et. & Iason. tradit Andr. Geil. 2. obs. 91. sub n. 12.*
- 69 Hæc tamen ꝑ unio non efficit ut Comitatus sit Ducatus, quia tùm non esset unio, sed transmutatio. Nam illa fit salvâ cujusq; rei substantiâ, sed hoc per illam unionem efficitur, ut quasi pars illius Ducatus, cui unitur, censeatur, & pari jure æstimetur. Unde
- 70 ꝑ sæpè fit, ut Ducatus vel Principatus ex multis particularibus tam allodialibus quàm Feudalibus collectus corpus individuû fiat, & tanquam Feudum imperii ab imperio recognoscatur. Hinc Wilhelmus Hassiæ Landgravius felicis recordationis, in causâ illius Nassovicæ actis articulando fassus, daß das ganze Fürstenthumb Hessen von vielen Particular stücken / so wol Allodial als Lehnen zusammen gebracht / vnd ein corpus individuum vnd Fürstenthumb daraus gemacht worden / vnd dasselbe derogestalt zusammen gebrachtes ganzes Fürstenthumb mit allen vnd jeden seinen partibus integralibus der Erbverbrüderung nach (salvo tamen cujusque particulari jure Dominico) vom heiligen Reich zu Lehnen rühren. *Acta in Sachen Hessen contra Hessen / in deduct. caus. Princip. n. 131. 132. Ideoque tam is, cui Comitatus Ducatui unitus, quàm is, cui Ducatus pars adsignata est, in divisione administrationis Princeps regens illius Ducatus, ein Regierender Fürst des Fürstenthumbs / esse*
- 71 censeatur; ac tanquam ꝑ Princeps, verus Dominus, & indubitatus successor illius simultaneè in investituris Cæsareis comprehenditur & vocatur, eique subditi totius Ducatus in eventum, & vice versâ homagio & fidelitatis juramento adstricti sunt.
- 72 Nam hæc ꝑ est investituræ simultaneæ causa, ut jus certum & irrevocabile omnibus in investitura comprehensis & eorum successoribus masculis tribuat, nec ullo testamento aut dispositione inter vivos auferri potest, *Rosenh. de Feud. c. 6. concl. 12. n. 6. & 7. & c. 7. concl. 48. n. 4. Hartman. Pistor. lib. 2. quæst. juris, part. 2. q. 20. n. 11. 14. 15. 25. & quæst. 29, n. 31. & seqq. Daub. de testament. n. 87. vers. subsistunt ergo.*

## CAP. XIIX.

DE SINGVLARI QVORVNDAM PRINCIPUM Germaniæ succedendi modo per pacta & confraternitates.

I QVAMVIS de jure ꝑ Civili duæ sint hereditatem regulari & communi modo deferendi viæ, Ex testamento, & Ab intestato,

flato, §. *fin. Inst. per quas person. nob. acquir.* attamen in Illustribus quibusdam Principum Germaniæ † familiis jure publico mili- 2  
tari, Illustres personæ inter sese convenerunt, ut alterius stirpe extinctâ ad alterum Ditiones & omnia bona pertineant, *Andr. Geil. 2. obs. 127. Hier. Treutler. disp. 9. thes. 8. lit. b. vol. 1. Anton. Fab. in Consultat. de Ducat. Montisferrat. part. 1. pag. 144. Vldaric. Zas. 2. consil. 1. n. 4. & seqq. ubi agit de confraternitate Ducum Saxonie & Landgra-  
viorum Hassiæ.*

Et hoc pactum † confraternitatis Saxonico. Hassiæq; memo- 3  
rabile est, quod primum institutum Anno Christi 1226. & quidem occasione belli novennalis, quod Henricus gessit cum Sophia S. Elisabethæ filia, desponsata Duci Brabantino, ut ex *hytrao* notat & opinatur *Waremund. ab Ehrenberg de fœderib. lib. 1. c. 2. n. 35.* ubi reprehendit *Hottomannum, Ingelsbadienses ac Lovanienses, consil. 9. vol. 1. German.* quod referat ad Annum 1373. quod eo tempore hoc pactum non fuerit primò institutum, sed renovatum, & à Carolo I V. confirmatum Anno 1422.

Hæc autem † confraternitatum pacta, quamvis à communi- 4  
bus juris regulis exorbitent, accedente tamen Imperatoris confirmatione hodiernis sustinentur moribus, *Vldaric. Zas. d. loc. Anton. Tessaure. decis. 225. n. 21.* Siquidem ad † pacem, imperii tranquillitatem & defensionem subditorum pertinent, quorum interest, ne alienis & ignotis Dominis subjiciantur, *L. inrius. ff. de fidei-comm. libertat. l. Titius cum decederet. ff. de action. empt. c. 1. §. si quis fecerit, quo temp. nil. uti & ad † conservationem Illustrium familiarum & prosapix, Andr. Geil. d. obs. 127. n. 2.* quas rationes prædicta 6  
Caroli I V. confirmatio in confraternitatis pacto Saxonico & Hassiaco interposita, exprimit hisce verbis: *Vnd sonderlich das dasselbe H. Römische Reich mit Besserungen vnd Einmütigkeit seiner Fürsten seligtlichen gemehret vnd gestercket wirdt.* Et in eadem confirmatione † additur, quod nullum jus, nulla consuetudo vel sta- 7  
tutum contra eam allegari vel produci debeat. Tantus enim † 8  
publicæ utilitatis favor, ut ea, quæ publicè utilia sunt, non includantur, in his quæ lege prohibentur, *Bart. in l. quemadmodum. C. de agricol. & censit. Zas. d. loc. n. 23. Et sub num. 29. ex Bald. subicit, pro benefacto haberi, si aliquid ratione pacis & quietis contra jus factū fuerit. fac. gl. in c. quippe. caus. 3. q. 6. & c. quis enim. caus. 23. q. 5.*

An verò ejusmodi † pacta in vim ultimæ voluntatis, an verò 9  
in vim contractus, mutux obligationis legis & statuti obtineât, aliquando in dubium vocatur? Et quòd ejusmodi pacta in vim † 10  
contractus, mutux obligationis legis & statuti, ex Cæsarea 10

permissione & auctoritate subsistant, tradit *Geil. 2. obs. 127. n. 9. Dauh. de testament. n. 87.* Et de pacto confraternitatis Saxonico. *Hassiacæ ita in terminis consulti responderunt Deci. conf. 655. n. 11. Carol. Molin. consil. 18. n. 27. Marian. Socin jun. consil. 65. n. 51. versic. secundò hoc probatur. & n. 54. 55. vol. 1. Vldaric. Zas. 2. consil. 1. n. 30. &*

**11** *seqq.* Est enim hoc pactum, † quasi quædam reciproca bonorum omnium donatio, communio & societas, cujus effectus & executio saltèm in casum mortis suspenditur. Nam in communio.

**12** ne † & societate omnium bonorum, omnes res, quæ cõuentium sunt, tam quoad possessionem (sc. civilem,) quàm quoad dominium continuò communicantur: Et licèt specialiter non interueniat traditio, tacita tamen creditur interuenire, dum scilicet quilibet consors ac socius, quod possidet, non suo tantùm, sed communi nomine possidere, & proinde per constitutum civilem possessionem in socios & consortes pro indiviso transferre intelligitur, *l. 1. in fin. & ibi Bart. num. 1. ubi dicit, eo casu specialiter dominium sine traditione transferri. l. 2. & ibi gl. pro soc. Bald. in d. l. 1. Didac. Covarr. lib. 3. var. resol. c. 19. n. 1. Chassanæ. in consuetud. Burg. rubr. 4. §. 2. vers. sunt ergo. n. 6.* Idq; satis innuunt verba confirmationis Imperatoris Carol. IV. *Das die Erbverbrüdereten vnd ihrer allerseits Manns, Leibs, Lehen, Erben/ewiglichen gleiche rechte vnd Erbliche Mitgerben / vnd gemeiner Lehen vnd rechter Bewehre (quod verbum Bewehre possessionem significat) ihrer Fürstenthümen/ Graffschafften/ Hertschafften/ Land/ Leuth/ Güter vnd Zugehörungen/die sie haben/ oder auch hernacher ewiglich erwerben vnd haben würden/wie man die mit sonderlichen ihren Namen benennen möchte/ nichts aufgenommen/ seyn/*

**13** heissen vnd bleiben sollen vnd mögen/ quæ verba † (seyn vnd bleiben) jus

**14** præsens & quæsitum arguunt. Non † enim potest aliquid esse & manere alicujus, quod antea nunquam ejus fuit. Neque du-

**15** bium est, quin vera, realis & actualis possessio † non minùs per constitutum, quàm per veram & realem traditionem transferatur, *l. quod meo. 18. cõn ibi notat. ff. de acquir. possess. l. quædam mulier. 77. ff. de rei vindic. Anton. Fab. in consulti. de Ducat. Montisferr. part. 1.*

**16** *pag. 128. ubi pag. seq. subjicit, quòd ex causa † favorabili sæpissimè dominium sine traditione ac possessionis apprehensione trãsferatur, ut in Ecclesia, l. ut inter. 23. aliàs l. ult. C. de SS. Eccles. Traq. d. pri. vil. 107. Item in filco, l. commissã. 14. ff. de publican. & veftigal.*

**7** dote & similibus. Quantò † magis hoc confraternitatis pacto, quod publicæ tranquillitatis favore nititur, ut sereno cõcordiæ vinculo altera domus alteri nexa sit, quo ordine succedendum, qualiter pacis, qualiter belli tempore altera ad sistat alteri: quã

fide, quâ dexteritate altera domus alterius subditos in expressum eventum regere & tueri debeat, *Vldaric. Zas. d. consil. 1. sub n. 29.*

Quando itaq; † promissio & obligatio mutua de succedendo 18 per stipulationem, vel in vim legis, statuti, societatis, & communionis irrevocabilis, ex causa donationis contrahitur, propriè loquendo non est pactum futuræ successionis, sed obligatio descendens ex contractu de præsentis inter vivos celebrato, licet effectum post mortem demùm sortiatur. Ideoq; valet & tenet irrevocabiliter, *inquit Andr. Geil. 2. obs. 26. n. 6.* ac dies obligationis statim cessit, licet non venit, *l. cedere di. m. de V. S. Ernest. Cozman. cons. 78. n. 176.*

Ex his pronò quasi fluit alveo, Illustrissimis confratribus jus ita majorum providentiâ & pacto irrevocabiliter quæ situm & proprio adfensu firmatum, per † testamentum neq; minui, neq; 19 in totum auferri posse.

1. Quia, ut supra dictum, hæc † pacta valent in vim legis & 20 statuti, ex Cæsarea permissione & auctoritate ab Illustrissimis harum familiarum Principibus inter se suamq; posteritatem conditi, ex quo tale jus ortum, quod ceu statum in personis cõprehensivum radicatum & ad ipsarum hæredes masculos, casu eveniente transmissum, vi legis & statuti, per se, ipsoq; jure Dominium transfert, *Andr. Geil. 2. obs. 127. n. 8. Vldaric. Zas. d. consil. 1. n. 29. Decian. cons. 516. n. 5. 6. 7. 8. & cons. 655. n. 12. 19. Kuin. cons. 40. n. 1. & cons. 99. n. 12. lib. 1.* Portio autem † lege, statuto, ac plenissimo 21 publicoq; jure debita alicui, neq; pacto alterius, neque ultimâ voluntate diminui, vel auferri potest, *text. in l. si arrogator. 22. §. 1. ff. de adoption. l. Papinianus. 8. §. si quis impubes. ff. de ineffic. testam. l. cum patronus. 28. de testam. l. 3. ff. de interd. & relegat. l. un. vers. ex his. C. de imponend. lucrativ. descrips. Nov. 22. c. 33. ubi Iustinian. dicit, lucrum quod ex lege datum est, auferri non posse. Geil. 2. obs. 86. n. 17. & obs. 87. n. 1. & obs. 119. n. 2. Ernest. Cozman. cons. 74. n. 77. & seqq.*

2. Pacta † futuræ successionis, quæ valent jure contractus, 22 cessionis, donationis, non nisi mutuo consensu revocari possunt, *Matth. Wesenbec. cons. 63. in fin. Joh. Gædd. de contrah. ind. stipul. c. 6. sub n. 84.* Nihil enim tam naturale est, quàm eo genere, quo quid colligatum est, rursus dissolvi, *l. nihil tam naturale. de reg. jur.* Hæc autem pacta valent jure contractus, ut supra dictum est, & satis evidenter ex renovat. Confraternitat. Saxonice-Halliacæ Naumburgi factâ de Anno 1555. apparet, ex qua contextum ad hanc rem pertinentem majoris lucis gratiâ inseram, cujus verba ita habent: Nachdem in vorzeiten vnser Voreltern vnd Vorfahren / alle seliger

seitiger vnd löblicher Gedächtnuß/ sich vmb Nuzes vnd Friedes willen/ ihrer aber Land/ Leuth vnd Vnterthanen/ mit ihren Landen vnd Fürstenthumben/ durch Röm. Keyf. Verwilligung vnd Confirmation laut der Brieffe/ darüber gegen einander außgangen/ zusammen verbrüderet/ vnd darauff jeglicher Theyl von des andern Theyls Graffen/ Herren/ Rittergeschafften/ Amptleuthen/ Mäßen vnd Rächten/ rechte Erbhuldigung genommen/ denselben vnserer Voretern vnd Vorfahren seitigen Fußstapffen nachzufolgen/ daß wir Gott zu Lob vnd Ehr/ vns mit wolbedachtem Muth/ vnd gutem Vorrath vnserer Rächte/ Manne vnd der vnseren/ vmb angeborner Liebe/ rechter Treu/ vñ sonderlicher Freundschaft willen/ vnseren Landen vnd den vnsern zu friede/ vnd in dem besten/ Erblichen solche Brüderschaft vernewert/ vnd vns verbrüderet/ gütlich vereint/ zusammen gesetzt/ gegen einander/ Auff: vnd Vbergabungen gethan haben/ verneweren die/ verbrüdern/ vereinigen vns/ vnd thun vns zusammen: ( Verba illa, Auff: vnd Vbergabungen donationem & cessionem innuunt. Verba, verbrüdern/ vereinigen/ vnd thun vns zusammen

- 23 societatem & communionem ostendunt. Sicut autem ꝑ aliás verbum DE DERUNT importat translationem Dominii, *l. ubi autem. in fin. & ibi Dd. ff. de V. O. & verbum CESSERUNT, operatur juris translationem, gloss. in l. fin. ff. de donat. Immol. in cap. pastoralis. n. 2. de donat. Vincent. Honded. consil. 91. n. 24. vol. 1. ita & in hoc pacto Donationis & Cessionis verbum hos effectus operabitur:)*
- 24 Thun auch gemelte Auff: vnd Vbergabungen/ gegen einander Gegenwertiglich/ ( Verbum enim hoc ꝑ Gegenwertiglich/ *de presentii*, inducit presentis juris cessionem, non futuræ spei expectationem, aliás enim non hoc verbum Gegenwertiglich/ *de presentii*, sed verbum Ins künfftig/ *de futuro*, inserendum fuisset: ) In vnd mit Krafft dieses Brieffes/ in der allerbestendigsten Form/ Weiß vnd Maß/ als solches jure publico militari, vnd sonst zu recht geschehen kan oder mag/ mit vnserer beyder Partheyen/ Fürstenthumben/ Graffschafften/ Herrschafften/ Lehen vnd Pfandschafften/ mit allen vnseren Landen vnd Leuthen/ die wir jezund haben oder hernach gewinnen mögen/ also were es/ das Gott vorhalte/ daß vnser einige vorgeante Parthey/ oder vnser Leibs/ Lehen/ Erben/ nach vns stürben/ vnd von Todts wegen abgiengen/ ohne rechte Leibs/ Lehen/ Erben/ daß alsdann derselben abgegangenen Fürstenthumb/ Graffschafften vnd Herrschafften/ Lehen vnd Pfandschafften/ mit Land vnd Leuthen/ Erbe/ Eigen/ Kleinodien/ Schutden/ Gütde/ Geschütz/ vnd zugehörige Artoteren/ auch aller ander fahrenden Haab/ nichts außgeschlossen/ beweglich oder unbeweglich/ die wir jezund haben/ oder wir vnd vnser Leibs/ Lehen/ Erben noch gewinnen mögen/ in aller massen als vorgeschrieben siehet/ auff die ander Parthey vnd ihre Leibs/ Lehen/

Lebens: Erben / genztlich zumahl zu Erbengen gefallen seyn / vnd Erblich  
 bey ihnen vnd ihren Erben / als ihren rechten Erbherren bleiben sollen :  
 ( quæ verba genztlich zumahl zu Erbengen gefallen seyn vnd bleiben  
 sollen / non futuri, sed præteriti sunt temporis, & actus jurisque  
 quæsiti perfectionem arguunt solius executionis effectu dilato )  
 qui contextus extat in actis Hassiacis.

3. Hoc arguit † præstatio mutua jurisjurandi & homagii, 25  
 quæ ab utriusque partis subditis exigitur & præstatur, juxta te-  
 norem dictæ confraternitatis, ibi: Vnd jegtliche Parthey hat der an-  
 dern Parthey / auff solche Brüderschafft Auff: vnd Uberggebung / alle ihre  
 Mannschafften / sie sind Grafen / Herren / Ritter oder Knechte / Burg-  
 mannen / Bögte / Haupt: vnd Aimpfenthe / vnd Bürger / ic. eine rechte  
 Erbhuldigung thun lassen / ic. Et hoc juramentum Cassellis, Anno  
 1367. in sequenti forma à subditis Hassiacis, Hassiæ Landgraviis  
 & Saxoniz Ducibus præstitum fuit: Ihr sollet geloben vnd schwee-  
 ren / daß ihr wollet dem Durchleuchtigen Hochgebornen Fürsten vnd  
 Herrn / Herrn N. Landgraffen zu Hessen / ic. vnd C. F. G. Ertlichen Man-  
 nlichen: Leibes: Lebens: Erben / vnd in mangel derselben ihren freuntlichen  
 lieben Brüdern N. N. N. vnd ihren Ertlichen: Mannlichen: Leibes: Le-  
 bens: Erben / ic. Vnd im fall der ganze Mannliche Stammb der Fürsten zu  
 Hessen Todshatber abgangen vnd verstorben were / den Chur: vnd Fürsten  
 zu Sachsen / Landgraffen in Thüringen / vnd Marggraffen zu Meissen /  
 vnd ihren Mannlichen: Leibes: Erben / in krafft der Erbverbrüderunge /  
 vnd sämptlicher Belehunge / auff die angezeigte fälle / wie vorsehet /  
 getrew / gewertig vnd gehorsamb seyn / ihrer Fürstlichen Gnaden / vnd  
 derofelben Erben: Fromme / Ehre vnd Nutzen fördern / Schaden wahrnen  
 vnd wenden / nach ewrem besten vermögen / auch sonst alles anders thun /  
 halten vnd lassen / das getrewe Vnterthanen gegen ihren Landesfürsten  
 vnd Obrigkeit / von Gottes: auch Gewonheit vnd Rechts wegen zu thun  
 schuldig seyn / ganz getrewlich vnd vngesehrlich. Hæc autem † Ho- 26  
 magii præstatio inducit jus subjectionis & superioritatis quæsiti-  
 tum, non quærendum, quamvis usus & exercitium in casum il-  
 lic expressum differatur. Differt enim † usus & exercitium rei & 27  
 juris quæsiti à re ipsa, neque statim qui jus in re habet, ejus e-  
 tiam habet usum & exercitium.

4. Heredis † institutio est basis & fundamentum testamen- 28  
 ti, ex qua vim accipiunt testamenta, §. ante hæredis. 34. Instit. de le-  
 gat. In re verò † aliena & fideicommissio subiecta, aut ita affecta, 29  
 ut jus, quod testator in ea habuit, morte ejus expiret, institui  
 hæres non potest, ut inter omnes constat, Dav. h. de testament. n.  
 268. Vasq. de success. creat. tom. 1. lib. 2. §. 17. requisit. 26. Surd. decis. 93.  
 n. 30.

- 30 *n. 30. & seq.* quia † institutione tribuitur hæreditas, quæ debet esse jus defuncti non alienum aut restitutioni obnoxium, *l. nihil. 24. de P. S. l. hæreditas. 67. de regul. jur. Wesenbec. in parati. de hæred.*
- 31 *instituend. sub n. 5.* Atqui pacto † confraternitatis ita sunt affecta bona Illustrissimorum confratrum, ut defuncto possessore sine legitimis hæredibus masculis, jure plenissimo ad superstites confratres pertineant, uti ex ipsis pacti confraternitatis verbis, & aliis supra relatis rationibus apparet. Nam existente † conditione actus habetur pro puro, eandemq; vim ac potestatem habet, quam haberet, si purè interpositus fuisset, *l. prior. 11. §. 1. ff. qui possior. in pignor. l. ult. §. 1. de vulg. & pupill. substit.* Existit autem illa † conditio in ipso instanti mortis, in quo scilicet certum esse coepisset, ultimum possessorem unius familiæ moriturum sine masculis hæredibus, si modò aut nullam uxorem, aut uxorem cum ventre habuisset, *l. ventre præterito. 84. de acquir. hæred. l. si filius. 16. ff. liber. & posthum.* Instans autem † mortis palàm est vitæ adscribendum esse, non morti, quia mortuus non moritur, sed vivus, *l. ult. de condition. instit. l. qui duos. 18. §. 1. de manumiss. testand.*
- 35 Si ergo in ipso instanti † mortis plenissimo effectu ad superstites confratres, ultimi possessoris bona transferuntur, testamentum non valebit; quia testamentum est juxta voluntatis nostræ sententia, ejus, quod quis post mortem fieri velit, *l. 1. ff. de testam. ment.* & ita per mortem demùm testamentum vires tuas sortitur: Nec enim † hæreditas testamentaria constituitur in ultimo instanti ipsius mortis, sed in primo instanti, quod sequitur, cum viventis hominis non magis hæreditas ulla, quam hæres quisquam esse possit, *l. 1. de hæred. vel act. vend. Anton. Fab. in consultat. de Ducat. Montiserrat. part. 1. pag. 136.* Itaque deficiente fundamento testamenti, deficit & ipsa testamenti factio super rebus pacto affectis, & restitutioni obnoxiiis.
- 37 5. Facit, quòd certa summa in pacto † confraternitatis expressa sit, videlicet triginta millia florenorum, super qua Illustrissimis confratribus permessa testamenti dispositio, quæ tamen ipsa summa ad bona mobilia restringitur, neque ad immobilia, vel ditiones ipsas extenditur. Quoties † autem pacto, lege, vel statuto summa testabilis determinatur & definitur, in reliquis censetur testamenti dispositio prohibita; quia determinata pacto, lege sive conventionione, non egent aliâ determinatione, *l. certus generi. 13. §. si locus. ubi Bart. ff. de servit. rust. præd.*
- 39 Hisce 1. non adversatur, † quòd jus nostrum non patiat, ut aliquis pro parte testatus, & pro parte intestatus decedat, *l. jus nostrum.*

*nostrum. de reg. jur. R. I.* Quia in Cæsarea † confraternitatis hu- 40  
 jus Saxonico-Hassiacæ confirmatione expressè cautum & cō-  
 stitutum est, ut adversus eam nullum jus civile, statutum vel  
 mores allegari vel induci possint, uti verba hæc apertè arguunt:  
 So sehen vnd erkennen wir/ mit Keyserlichem Befehle/ das ewiglich tauge-  
 gen soll/ vnd auch von Keyserlicher Macht/ Vollkommenheit/ das alle vnd  
 jegliche vnser Vorfahren/ an dem Römischen Reich/ Römische Keyser  
 vnd Könige/ Keyserliche beschriebene Rechte/ Befehle/ Behaltungen/  
 Vbungen/ vnd Gewonheit der Landen/ &c. so diser Bruderschafft einmae  
 Hinderung/ Irtsal oder Schaden bringen möchten/ als fern sie solche  
 obgeschriebene Sachen vnd Stücke/ ewiglichen anführen mögen/ vnr-  
 tüglichen/ vnträchtig vnd vnmächtig seyn vnd bleiben sollen. Si ergo  
 omnia jura, quæ allegari possunt, contra hanc cōfraternitatem,  
 ex Cæsarea potestatis plenitudine sublata sint; & hæc juris ci-  
 vilis allegata regula, quatenus cum ea pugnat, sublata censenda  
 est. II. R. Tale testamentum † super summa testabili conditū 41  
 sustineri, quodammodò in vim Codicilli, legati vel fideicom-  
 missi, ab intestato relictī, quæ hoc efficit, ut hæredes ab intesta-  
 to, juxta statuta familiæ & pacta confraternitatis successuri,  
 rogati censeantur, ut præstent quod relictum est, ut deducitur in  
 actis Hesses contra Hesses/ in deduct. caus. Princip. n. 149. & seqq. Et  
 moribus † Germaniæ Codicillus sæpè testamento appellatio- 42  
 nem assumit.

Neque secundò adversatur, quòd in ipsis pactis confraterni-  
 tatis Illustrissimi confratres Saxonico-Hassiaci † hæredes 43  
 pellentur, §. Vnd als nun vnser jegliche Parthey/der andern Parthey  
 ihres Fürstenthumbs/ Graffschafften/ Herrschafften/ Land vnd Leuthen/  
 nach tant diser vnser Bruder Auff vnd Übergabung rechter Erbe ist/ &c.  
 Viventis autem sicut nulla est hæreditas, ita nec hæres, *liberari-  
 tas. C. de pact. convent.* Quamobrem hoc pactum nihil aliud esse  
 videtur, quàm modus succedendi post mortem alterutrius par-  
 tis, non verò actus translationis inter vivos; ubi enim jam inter  
 vivos translatum est dominium, nulla sibi amplius successio lo-  
 cum vendicat. Quamvis enim † ex pluribus causis res eadem 44  
 nobis deberi; non tamen nisi ex una nostra fieri potest. §. *Sed si  
 rem. & ibi Dd. cum similib. Insti. de leg. 1.* R. I. Ejusmodi pactis 45  
 confraternitatis Principum Germaniæ juratis & ab Imperatore  
 confirmatis, moribus nostris † hæredes irrevocabiliter consti-  
 tui, sed tamen eos non planè legitimos nec testamentarios esse;  
 sed ab utrisque differre, & anormos, irregulares, conventio-  
 les sive pactitios appellari, ut testantur præstantissimi Germa-

- nia & Gallia J Cti, *Dauth. in tractat. de testam. n. 86. vers. Nam es si. in fin. & n. 115. vers. septimò inconsideratè. Petr. Heig. l. g. 23. n. 13. Barthol. Muscul. de success. anomal. class. 1. concl. 1. lit. b. n. 12. Et de pacto fraternitatis Saxonico-Hassiaci ita in terminis confulti responderunt, Hdalric. Zaf. 2. consil. 1. n. 30. & seqq. Ruin. cons. 40. n. 1. lib. 1. Dec. consil. 516. n. 5. cum seqq. Carol. Molin. consil. 18. n. 9. cum seqq. Socin. jun. consil. 65. n. 44. & seqq.*
- 46 **I I. R.** Quòd regula illa, † *Viventis hereditatem non esse, in promissionibus Feudorum aperientium locum non habeat, & res aliter se habeat, per cap. 1. qui success. teneant. c. moribus & utroque loc. gl. & Dd. latissimè. si de Feud. defunct. content. Hartm. Pistor. 2. q. 25. n. 29. per tot. cum similib.*
- Præterea, quod de successione dictum, pariter non habet magnam difficultatem, si **SUCCESSIONIS** verbum distinctè
- 47 **enucleemus & consideremus.** Duplex † siquidem hujus verbi significatio: Naturalis una, civilis altera: quarum quæ naturalis, ea non impropria videri debet. Sic in simili dicimus, bonorum appellationem esse duplicem, naturalem & civilem: Naturaliter bona dicuntur, ex eo, quòd bene & profint, ac proinde illa, quæ plus habent commodi quàm incommodi: quæ propria hujus nominis significatio est, *l. bonorum. 49. l. propriè. 83. de V. S.*
- 48 **Civiliter** verò & improprie, i. e. contra ipsam **Nominis** etymologiam, illa etiam, quæ plus habent incommodi, quàm commodi,
- 49 **li. 2. 3. ff. de bon. posses.** Similiter, succedere † alteri proprie dicitur & naturaliter, qui in alterius locum succedit, unde & succenturiati milites olim dicebantur: Improprie † verò & civili magis quàm naturali **Nominis** significatione, succedere is dicitur, qui succedit in jus & in bona alterius, *Ant. Fab. in Consuetat. de Ducat. Montis ferr. part. 1. p. 112. & seq.* Primo modo succedunt sibi invicem Illustrissimi confratres, eveniente casu in pactis expresso. Cum enim jus jam antea ex pactis quæsitum habent, (quamvis usus & exercitium in suspenso sit) in jus & bona alterius succedere amplius non possunt, sed saltèm in locum prædefuncti, quoad exercitium & usum plenarium juris jam antè quæsi.
- 50 **Neque** denique adversantur, quæ † de voto captandæ mortis jura circa hujusmodi pacta præsumunt, *l. fin. C. de pact. & quòd improbus sit, qui de viventis hereditate cogitat, l. 2. §. 2. ff. de vulg. & pupill. sub stit. R.* Præterquam quòd illud, quod de voto captandæ mortis jura præsumunt, eo casu non obtinet, quo is, de cujus bonis agitur, tali pacto consentit, *d. l. ult. ubi Bars. C. de pact.* alienum omninò est à dignitate virorum Principum & sacrilegio proximum, tale aliquid de iis suspicari, ut ejusmodi voto captan-

captandæ invicem mortis alienæ se obligent, *Iason consil. l. n. 20. Ans. Feb. d. consult. p. 140. Waldtr. Zas. d. consil. l. n. 38. ubi dicit, quod tam sinistra vota captandæ mortis Iuvis sint relinquenda, apud Germanicam integritatem parùm cognita.*

An verò hæc pacta valeant ꝑ citra Imperatoris confirmationem? in utramque partem examinat *Pe. Ritter. apud Arum. de jur. publ. discurs. 22. thes. 3. ubi rectè concludit, quod non. Cum enim in hisce pactis agatur de donatione & alienatione Feudorum regalium, sine Imperatoris tanquam Domini Feudi confirmatione non valet. Interest enim ejus maximoperè, quales sis habiturus ipse & imperium in Principatibus successores:*

————— *Quos inclusa robora regni,  
Et validas nunquam pudeat atxisse columnas.*

Alias huic materiæ connexas quæstiones *vid. ibid. apud Arum. discurs. 22.*

## CAP. XIX.

DE IUDICE FEVDORVM REGALEM DIGNITATEM ANNEXAM HABENTIVM; & num ad solum Imperatorem ea cognitio spectet?

TRITUM & vulgatum est illud, quod ꝑ magnæ & arduæ causæ magnos requirant iudices, *l. non distinguemus. §. de liberali. ff. de recept. arb. r.* Hinc cum Jethro Mosi genero suo consulisset, ut iudices eligeret, quibus causarum definitionem committeret, hanc adjecit clausulam, *ut si quid majus accidat & gravius, referant ad ipsum. Exod. 18. v. 22. fac. R. U. zu Estingen de Anno 1526. in pr. juncto §. Vnd nachdem. R. U. de Anno 155. §. Zu dem vnd vber solches. ibi: Werden aber dieselbige Mängel vnd Ursachen also wichtig/ daß sie darüber einige Berenderung zu thun nicht vnderfahren wollten/ so solten dieselbige an die Keyserliche Majestät gelangen lassen. Unde Feudorum ꝑ moribus, si inter Capitaneos tanquam majores Vasallos controversia erat, coram Rege lis terminanda fuit, *c. II. in pr. de leg. Corrad. 2. Feud. 34. Et novissimis ꝑ etiam imperii Constitutionibus, soli Imperatori in signum supremæ potestatis competet hoc jus, ut de Feudis Imperii Regalibus, ut sunt Ducatus, Principatus, Comitatus, vel his similia, cognoscat. R. U. zu Worms de Anno 1521. sub tit. Römischer Königtlicher Majestät Regtament. §. Ob auch Sachen fürstelen/ Fürstenthumb/ Herzogthumb/ Graffschafften/ıc. betangend/ so vom Reich zu Lehen rühren/ so einm Theil**

gänglich/ vnd endtlich abgesprochen werden sollten/ derselben Erkenntnuß wollen wir vns auch hierinn vorbehalten haben. Doch sonsten in anderen Sachen/ disem vnserm Regiment vnd der Cammergerichts Ordnung vn-  
 4 abbrüchig. *Quamvis enim Regimentum † Imperii ex Electoribus, Principibus, Comitibus, Baronibus aliisq; gravissimis personis constitutum fuit, & vice Sacræ Cæsareæ Majestatis judicabat, de hisce tamen majorum Regalium Feudis non cognoscebat. d. constituit.*

5 Pari ratione, † quamvis vacante sede imperii ad Electores Palatinum & Saxonem, totius imperii Vicariatus publicâ imperii lege spectet, ita ut de omnibus negociis imperii cognoscere & judicia exercere possint, horum tamen regalium Feudorū, quæ vulgo Fahnentehen dicuntur, cognitio futuro Imperatori reservatur. *Aur. Bull. Caroli I V. tit. 5. ibi: Aufgenommen der Fürsten Fahnentehen / dann derselben Lehen Vergleichnuß behatten wir einem Keyser oder Römischen König.*

6 Similiter, licet † Camera sit consistorium summi Principis, *Geil. 1. obs. 42. n. 3. & obs. 48. n. 5.* quæ ipsam Cæsaream Majestatem in administratione justitiæ repræsentat, *Rosenth. de Feud. cap. 12. concl. 1. n. 30. Andr. Geil. 1. obs. 29. n. 3.* cujus nomine, auctoritate & sigillo omnia mandata & processus expediuntur, *Ordin. Camer. part. 3. tit. 12. §. Vnd so solche. Geil. 1. obs. 14. n. 1.* Ac Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, aliisq; gravissimis personis constituitur, *Ordin. Camer. part. 1. tit. 1. & passim.* attamen de his Feudis Camerae cognitio nulla competit, *Ord. Cam. part. 2. tit. 7.*

7 Hæc † jura licet satis sint aperta & clara, tamen à nonnullis in dubium vocantur. Nihil siquidem inter homines sic indubitatum est, ut non possit, licet valdè sit justissimum, sollicitam quâdam suscipere dubitationem, inquit *Iustinian. Imp. in Nov. 44. c. 1. 8 vers. & non fingant.* Cùm itaque opposita † juxta se posita magis elucescant, rationes eorum, qui contrariam assertum ire conantur, videlicet quòd non ad solum Imperatorem, sed simul ad Pares Curia hæc cura pertineat, in medium adducendæ & ad veritatis lancem expendendæ.

9 Primum argumentum desumunt ab exemplis † & observatiâ priorum temporum. Sigismundus Imperator literis ad Concilium Basiliense perscriptis, causam & controversiam inter Henricum Lauenburgicum & Fridericum Saxonie Ducem super Electoratu Saxonico Anno 1415. ad Concilium delatam, more Imperii solito, ad forum suum remitti & Parium Curia consilio terminandam petit, *Cujac. in cap. un. apud quem vel quos controvers.*

*Feud. Besold. de jurisd. Imp. Rom. c. 13. Arum. de jur. publ. discurs. II. in pr.*  
 uti & tempore Friderici Imperatoris inter Ludovicum Bavarū  
 & ejus filium Henricum & Albertum, contra Ludovicum Bava-  
 rum, *Engelbrecht de jurisd. Imper. concl. 117.* Unde generaliter † pri-  
 vilegium singulare Principum Germaniæ, quod vocant *der Für-*  
*stenrecht* / deducunt, *In Sachen so eines Fürsten Leib/ Ehr vnd Lebens-*  
*schafft betreffen/* ut in illis Imperator absque consilio Procerum  
 imperii, tanquam Parium Curia cognoscere nequeat, *Engel-*  
*brecht d. loc.* Quælibet autem † dispositio ex observantia subse-  
 cuta recipit interpretationem, ad eò ut sufficiat vel semel saltèm  
 ita observatum fuisse, *arg. l. Mela. §. 1. de aliment. & cibari. legat. Surd.*  
*conf. 94. n. 38. lib. 1. Prucknian. conf. 39. n. 79.*

2. Argumentum desumunt ab exemplo aliorum regnorum:  
 In Francia † Pares non coram Parlamento, sed Paribus Franciæ  
 conveniri possunt, *Choppin. de doman. Franc. lib. 3. c. 7. Bodin. de repub.*  
*lib. 6. c. 4. Hostom. in Franco-Gall. c. 17.* Pariter in regno † Neapolita-  
 no Comites & Barones in criminalibus non nisi per Pares Cu-  
 riæ judicantur, *Marian. Frecc. de differ. Feud. regal. n. 9. II. & differ. 14.*  
*47. Arum. d. discurs. II.* Et licet † exemplis non sit judicandum,  
 l. nemo iudex. 13. C. de sentent. & interlocus. omni. jud. ab exemplis † ta-  
 men legitimum sumitur argumentū, ad juris constitutioni existen-  
 tiam & observantiam, *arg. Clement. I. de probat. Innocent. ad c. cum*  
*Apostolica. verb. datur intelligi. X. de his. quæ fiunt à Prælat. sin. consens.*  
*capit. Alex. ad l. 1. n. 12. vers. tertio fallit. in fin. de offic. ejus. cui mand. est*  
*jurisd. maximè si quidem exempla rem declarāt, l. 1. §. quod vulgò.*  
*ff. de vi & vi arm. l. ut responsum. C. de transact. l. damni. §. fin. ff. de dam.*  
*infest. & rem quasi digito ostendunt & tactui subjiciunt, Bald.*  
*conf. 347. vol. 1. Hipp. Riminald. conf. 602. n. 27. per l. 1. ff. de præscr. verb.*  
 & ab exemplo legitimum sumi argumentum ejus, quid fieri,  
 judicari debeat, docet *Bart. ad d. l. nemo. 13. C. de sent. & interlocus.*  
*omni. jud. per c. alius item. 15. q. 6.* maximè † si quid in eodem rerum  
 genere & ad eundem effectum longo retrò tempore factū sit,  
*arg. c. causam quæ. I. X. de testib. Felin. ibid. & Laeta. ff. de re jud. l. cum*  
*litæ. ff. judic. solv. l. jubemus. C. de lib. caus. l. 1. C. de advoc. divers. jud. Ioh.*  
*Gæd. in resp. jur. de restitut. Baron. Vallend. n. 174.* Nam † ab exem-  
 plis inducitur observantia, ex observantia tandem oritur jus.  
 Hinc *Hermogenian. lib. I. juris Epitom.* scribit, quòd ea, quæ per an-  
 nos plurimos observata, velut tacita civium conventio, non mi-  
 nùs quàm ea, quæ scripta sunt jura, servātur, *l. sed & ea. 35 ff. de le-*  
*gib. ac rerū perpetuò judicatarum auctoritatem, vim legis obti-*  
 nere debere dicit *Callistrat. in l. Nam Imperator noster. ff. eod.*

18 3. Argumentum depromunt à simili, quod ꝑ videlicet inju-  
 quum reputari non debeat, si ut olim Senatores in veteri Re-  
 publ. Romanorum non nisi coram Senatoribus, *l. ult. C. ubi Sena-  
 tor. vel Claviſſ. l. i. C. de tutor. vel curat. illustr. person.* ita & Principes  
 Imperii non nisi coram Principibus conveniri queant, videntur  
 enim eorum quasi subintrasse locum.

Verùm hæc & similia, que à quibusdam adferuntur, non ejus  
 sunt ponderis, ut ostendant, Imperatorem solum in hisce feu-  
 dis judicem non esse, sed juris necessitate teneri adhibere Pro-  
 ceros tanquam Pares Curia. Et quidem quod solus Imperator  
 de hisce Feudis judicet.

1. Ex textibus juris constitutionum Novissimarum Imperii  
 supra allegatis apertissimè evincitur, *N. U. de Anno 1521. sub tit.  
 Der Römischen Königl. Majestät Regiment. §. Ob auch Caſem.  
 qui §. in Ordin. Camer. de Anno 1555. verbotenus repetitus & ite-  
 19 ratur, Ordin. Cam. pari. 2. tit. 7. Qui autem cum ꝑ textu navigat, se-  
 curus navigat, *Madric. Zas. ad l. properandum. §. & si quidem. n. 8. C.  
 de judic. maximè si textus sit apertus, & eorum, qui contradicere  
 in constitutionis promulgatione potuissent, suffragio repèti-  
 tus. Verisimile enim est, quod Proceres & Status imperii, si ea  
 cognitio non soli Imperatori reservari debuisset, eam declara-  
 tionem adjecissent, ut cum Parium consensu illa cognitio fieret.*  
 20 Quod autem ꝑ verisimile est, probabile est & pro vero habetur,  
*Ant. Faber in consulat. de Ducat. Montisferrat. part. 1. pag. 32. in fin.  
 Sicut vice versâ, quod non est verisimile, nec veri imaginem ha-  
 bet, Bald. in l. ult. ff. quod met. caus. 21. 2. cons. 6. n. 28. Vincenz. Honed.  
 1. cons. 102. n. 51. Beriazgol. 2. cons. 286. n. 2. Quamobrem ubi verba*  
 21 ꝑ legis sunt clara & perspicua, interpretatio quæcunque alia ca-  
 lumniosa censetur, *Vultej. consil. Marpurg. 24. n. 5. vol. 2. & inanis de  
 ea quæstione est disputatio, ubi clara constitutionis est determi-  
 natio, *l. ancilla. C. de furt. neque in certis locus est conjecturis, Ti-  
 raquell. in l. si unquam. verb. liberto. circa med. C. de revocand. donat. Ce-  
 phal. consil. 138. n. 6. Sturd. consil. 99. n. 26. Oldendorp. consil. Marpurg. 5.  
 n. 67. vol. 2. Et hisce adstipulatur anterior Conradi Imperato-  
 ris constitutio in cap. 1. de Leg. Conrad. & text. in cap. 1. apud quem  
 vel quos.***

Secundò, si non ad solius Imperatoris, sed etiam Procerum  
 notionem horum Feudorum regaliurn cognitio & definitio  
 22 spectaret, utique à Camera imperialis ꝑ jurisdictione, tanquam  
 reservatum præminentis potestatis Cæsareæ, non fuisset exce-  
 23 pta, siquidem judicium ꝑ Camera non solum Imperatoris, sed  
 omnium

omnium Imperii Procerum personas repræsentat, & Assessores  
Cameræ ab omnibus Proceribus constituuntur.

Ex hisce ulterius ita colligitur, si Camera, † quæ concurren- 24  
tem cum Imperatore jurisdictionem habet, de hisce feudis non  
cognoscit, multò minus Pares Curie ad horum dijudicationem  
vocandi erunt; quia hi nullam jurisdictionem concurrentem  
cum Imperatore habent, quapropter cum Camera, quæ Pari-  
bus Curie major excluditur, justâ ratione & hi removendi e-  
runt, *Arum. d. discurs. Academ. II. p. 191. ubi aliam adhuc rationem non  
consermendam subjicit.*

Rationes † in contrarium allatæ aures magis demulcent, sed 25  
nihil habent de substantia, *ut in simili loquitur Paul. Castrens. in l.  
cui fuerit. n. 1. ff. de cond. & demonstr. & post eum Ernest. Cushman, consf.  
78. n. 106.*

Ad I. R. Non exemplis, † sed legibus pugnandum esse, l. ne- 26  
mo 13. C. sentens. & interloc. omn. stat. Quamvis enim Sigismundus  
& Fridericus Imperatores, ex mera liberrimâ voluntatis facul-  
tate, cognitionem regalium Feudorum Procerum & Parium  
consensu instituerint, neq; tamen ipsos ad id necessitate adstri-  
ctos fuisse, neq; suo exemplo posteriores Imperatores, in quos  
nullum imperium habuerunt, adstringere potuisse, manifestum  
est. Nam antecessoris † factum Princeps vel jure Electionis, vel 27  
Lege Regiâ succedens præstare non tenetur, *per ea, quæ supra class.  
3. c. 10. latius deducta sunt.*

Neque ulla hîc locum sibi vendicat præscriptio, † quia trala- 28  
titium est, quòd iis, quæ in mera facultate consistunt, præscribi  
non possit, l. viam publicam. 21. ff. de via publ. & itin. publ. l. Proculus.  
26. ff. de damn. infect. l. quæro. 18. ff. de jur. patronat. Hieron. Schurff. 2.  
consil. 88. Didac. Covarruv. 1. resol. 9. n. 1. & seq. nisi turbatio & inter-  
versio possessionis ex secutâ prohibitione præscribentis, & pa-  
tientia adversarii accedat, l. hæc autem. 6. l. si ædes. 32. de servit. urban.  
præd. Menoch. 2. arbitr. 106. n. 10. Et ita quodammodò in terminis,  
quòd adversus eum, qui liberâ † voluntate justitiam per officia- 29  
les administravit, non currat præscriptio, judicatum & decusum  
tradit Vincent. de Franch. decis. 166.

Et quamvis ex illis exemplis quidam jus illud, quod dicunt  
Fürstenrecht / † exstruere conentur, tamen neque in Aurea Caroli 30  
I V. Bulla, neque ullâ aliâ publicâ imperii lege illius juris ex-  
pressio & mentio fit. Et cum in publicis imperii constitutioni-  
bus etiam quævis minutiora sæpè attingantur & tractentur, ve-  
rissimile † non est, Imperatorem & Principes imperii tantæ, ut 31

- ita dicam, importantiæ jus negligere voluisse, cum ea, quæ notabilia sunt, nisi specialiter notentur, quasi neglecta videantur,
- 32 *in quibus Helpiam. in Litem is. §. hoc edictum. ff. de injur. Quod itaque in lege non cavetur, in practica non habetur, ut dicit Bald. in c. n. h. col. ult. de Elect. Everh. in loc. à leg. cessant. Et quod expressum non est, pro omisso habetur, l. quicquid. & ibi Dd. ff. de V. O.*
- 33 Ad 2. Respondetur, non spectandum esse, quod in Gallia vel alio regno Lege vel moribus receptum sit, sed quid in Imperio Romano ex Lege imperii fieri debeat, *arg. l. sed licet. 12. ff. de off. presid.* Nam Gallia quod excusso de facto imperii jugo, suo more Rege & Lege vivit. Et sicut Galli imperii Legibus adstringi se non patiuntur, ita nec Imperator, nec Imperii cives Galliarum legibus & more multo minus adstricti erant. Imò quod sunt qui diversimodum scribunt in Partibus Franciæ, quod videlicet in Parlamento de eorum capitibus judicia constituantur, *Bard. lib. 4. contr. & non archom. c. 14. verb. origine itaq. Engelbr. de jurisd. concl. 120. in fin.*
- 36 Neque jugulum quod nostræ intentionis premunt, quæ de exemplorum vi & effectu adducta sunt. Licet enim exempla non exiguum vim obtineant, ad arguendam juris constituti existentiam & usum, cum leges firmentur, quando moribus utentium comprobantur, *ut inquit Augustin. in c. in istis. austin. 4.* tamen ad juris constituti abrogationem, tanquam meri facti, nullam vim obtinent, absurdumque esset, quod libet factum vel exemplum legi contrarium ei derogare vel in totum abrogare possit. Leges præterea Hermogeniani & Callistrati loquuntur de consuetudine receptâ & populi consensu introductâ, ad cujus perfectionem & probationem non sufficit, unius vel alterius exempli introductio, sed ut exempla contradicto judicio obtinuerint & firmata sint, *ut inquit Vlpian. in l. cum de. 34 ff. de legibus. & longè plura requisita, quæ examinant Bart. las. & Dd. communiter in l. de quibus 32. ff. de LL.*
- 37 Deinde quod mores, usus & observantia juri scripto aliquando derogant, si post legem constitutam inducantur. Jam verò exempla supra adducta Friderici & Sigismundi Imp. ante constitutionem illam expressis & claris verbis à Carolo V. de Anno 1521. promulgatam & Ferdinando de Anno 1555. repetitam, acciderunt, ideoque nihil ad hujus juris postea constituti destructionem conferunt. Leges namque posteriores, sicut derogant legibus, ita etiam moribus (si qui sunt) posterioribus, *l. sed & posteriores. ff. de Leg. b.* Et hoc jus novissimum cum mutatum non sit, quare stare prohibebitur? *l. precipimus. C. de Appellat.*

Ad 3. argumentum respondetur, illud desumptum esse à si-  
 mili, quod ut aliàs exigui est † ponderis, ita contra expressam le- 38  
 gis constitutionem omne robur & probabilitatem arguendi  
 perdit. Quamobrem concludendo dico, † rem non indignam 39  
 esse Majestati Imperatoriâ, si in negotiis tanti momenti Proce-  
 res imperii in consilii consortium adhibeat: Id tamen necessi-  
 tatis nunquam fuisse aut esse, sed liberæ & meræ facultatis, quæ  
 in juris necessitatem non transit, nisi accedat contradictio, tur-  
 batio, & patientia, *per ea, quæ supra tradita sunt.* Præterea † judi- 40  
 cium aulae Cæsareæ, in quo hæc dijudicantur causæ majorum  
 feudorum, des Reichs Hoffrath / appellatur & illud consilium  
 cum Cancellaria, quod in aula Imperatoris exercetur, imperii  
 est, ac Archiepiscopo Moguntino, tanquam Archicancellario  
 Imperii, juramento obstringitur, *Thom. Michaël. de jurisdict. consil.*  
*28. lit. a. in notis. Et post eum Matth. Wehner. in practic. observ. verb.*  
*Hoff/Reysertich Hoff/ quæ curia Imperatoris tam in Comitibus im-*  
*perialibus auff Reichstagen / quàm in aula Imperatoris am Reys-*  
*ertichen Hoff/ im Reichs Hoffrath existit. Idem Wehner. d. loc.*

Hiscæ ita breviter præmissis, de his, quæ requiruntur ad hoc,  
 ut vigore allegatæ constitutionis de Anno 1521. *Et in Ordin. Camer. p. 2.*  
*tit. 7. folius Cæsaris de Ducatibus, Comitibus & similibus di-*  
 gnitatibus, cognitio sit, paucis agendum erit.

1. Itaque requiritur, ut Ducatus, Comitatus † vel aliud terri- 41  
 torium regalem dignitatem annexam habēs sit feudale, & non  
 allodiale, quod ipsa verba allegatæ constitutionis arguunt, *ibi:*  
*So vom Reich zu Lehen rühren.* Quamobrem Principatus, Comi-  
 tatus & Baronatus, si qui sunt, qui allodiali jure censentur, ad  
 hanc constitutionem reservatæ jurisdictionis non pertinent,  
*Andr. Kaich. de vestitur. pact. c. 5. n. 146. p. 2. Christoph. Strassen inter*  
*German. Ictorum consilia, tom. 3. cons. 24. q. 1. n. 20. quem allegat Regner.*  
*Sixun. de regalib. lib. 1. c. ult. n. 64.* Sic cum inter Ducem Lotharin-  
 giæ † & Comites de H. die Graffschafft S. betreffend/ in Camera lis 42  
 moveretur, consideratum fuit, non omnes Comitatus esse  
 Reichstehen/ sed quosdam esse Eygenthumb/ de quibus in Came-  
 ra agi posse conclusum fuit, *Auct. decisio. seu Præjud. Cameral.*  
*verb. Comitatus.* Talis est Comitatus Märß. Et cum de eo inter  
 Ducem Juliacensem & Comitem N. lis incidisset, per viam Ap-  
 pellationis illa ad Cameram devoluta inibi que pronuntiata  
 fuit, *Idem Auct. decis. d. supra loc.* Hoc tamen eo casu puto obtri-  
 nere, quo aliàs in prima instantia vel per modum Appellationis  
 Cameræ jurisdictio fundata, alioquin ad judices privilegiatos

Austregarum hæc cognitio in prima instantia pertineret, *Rosensh. de Feud. c. 12. concl. 1. n. 36.*

- 43 2. Ut huic † Constitutioni locus sit, requiritur, ut territorium regalem dignitatem annexam habens non solum sit Feudale, sed etiam ut immediatè ab Imperio descendat, & recognoscatur, das es ohne Mittel vom Reich zu Lehen rühre / quæ verba licet constitutioni nostræ non sint expressè inserta, tamen ex bona consequentia subintelliguntur, *Rosensh. d. c. 12. concl. 1. n. 30. Ludolph. Schrader. de Feud. part. 10. sect. 2. n. 71.* Quamobrem si † territorium regalis Dignitas per subinfeudationem ab inferiore factam ad aliquem ejusdem capacem pervenerit, huic constitutioni non subjacet, ut de Comitatu & Baronatu tradunt *Bosß. de regal. n. 11. Borch. de Feud. c. 4. n. 12. Rosensh. de Feud. c. 2. concl. 1. n. 3. quos allegat Regner. Sixtin. de regalib. d. c. ult. n. 39.* & suprà sub cap. de Comitib. circ. fin. & sub cap. de Feud. regal. dignit. annex. habent. dixi. Generaliter
- 45 namque traditum & cautum est, † immediatum & proximum Dominum, cui & juramentum fidelitatis & servitia præstantur, judicem esse contentione inter Vassallos ortâ, *Herm. Vultey. lib. 2. Feud. c. 2. n. 11. Rol. à Fall. consil. 75. n. 15. lib. 3. quod multis & pulchris rationibus illustrat. Schrader. de Feud. part. 10. sect. 2. à num. 45. usque ad*
- 46 num. 61. Causa † si liquidem proxima & immediata efficacior est & plus operatur, quàm causa remota, *l. socium, qui in eo. 60. §. 1. ff. pro soc. l. qui domum habebat. 57. in fin. ff. locat. l. huic scripturæ. 15. ff. ad L. Aquil. Tyracquell. tract. cessante causa. p. 2. limit. 20. n. 4.* Ideoque in omnibus negotiis & actibus causa immediata potiùs attenditur, *Baid. in l. explicatio. 3. col. 1. & 2. C. de rerum permut.* Neque hic casus specialiter exceptus, ideoq; dispositioni juris communis censetur relictus, *l. quicquid adstringenda. de verb. obligat. l. si cum decem. in princ. ff. solut. matrim.* Idem est judicium, † si Comitatus vel aliud territorium regalis dignitatis, qui quondam fuit allodialis, postea non ab Imperatore, sed inferiore Principe in feudum recognoscatur, illius cognitio non ad Imperatorem, sed vel ad Feudi Dominum, si videlicet de qualitate Feudali disceptetur, vel ad Cameram, vel iudices Austregarum pro diversitate actionis pertinebit.
- 48 3. Quæ † hinc de Feudis Imperii immediatis dicuntur, eatenus obtinent, si ea habeant annexam regalem dignitatem, ut sunt Ducatus, Comitatus, Baronatus & similia; si enim eâ destituantur, de immediatis etiam Imperii feudis Camera cognoscit, uti decisum esse in causa Wredenrodt contra Michael Gilles / 4. Septembr. Anno 1551, & aliis testatur *Geil. 1. obs. 29. n. 3. & 7. Rosenshal.*

shal. de Feud. d. c. 12. concl. 1. n. 27. & seqq. *Andr. Decis. sine præjudic. Camera. verb. Casari reservata. fol. 63.* ita tamen, ut in his Imperator cum Camera concurrat, & præventioni locus existat, *Geil. d. obs. 29. n. 3. & seqq. Du. Gothofred. Anton. in disp. An. - Vulsej. 2. Coroll. 11.* Et norandum dicit, hoc casu privilegium primarum instantiarum (vulgò die *Usträge*) locum non habere, *Geil. d. loc. n. 7. in fin.* Aliud tamen de ipsis ¶ regalibus separatim & non sub co- 49  
hærentia Feudi regalis concessis dicendum, quæ multùm à feudo regalis dignitatis differunt, ut *suprà suo loco monui, sub cap. de Feud. regal. dignit. annex. habent. Sixt. d. cap. ult. n. 15.*

4. Requiritur, ut agatur ¶ iudicio petitorio, von Fürstenthum / 50  
Herzogthum / Graffschafft / ic. so einem Theyl gänztlich vnd endtlich abgesprochen werden sotten / uti verba constitutionis habent, *Thom. Michael. de iurisd. concl. 28.* Dictioni *Endtlich* (i. e. definitivè) conjungitur dictio *Gänztlich* / ad excludendum iudicium possessorium; quia quæ in eo fertur ¶ sententia, ex quorundam opinio- 51  
ne definitiva est, non interlocutoria, *Alex. in l. quoad iussu. n. 10. de rejud. Bald. in l. 2. n. 22. C. de Episcop. aud. Geil. 1. obs. 7. n. 4. Marant. de ord. iudic. part. 6. tit. de sententi. n. 35.* aut saltèm vim definitivæ obtinet, *Ioh. Goad. ad c. 1. n. 54. X. de sequest. possess.* Verùm cum hac ¶ sen- 52  
tentiâ parti victæ res omninò non adjudicatur, sed ad petitorium ipsi regressus datur, dubitationis tollendæ gratiâ, dictio *Gänztlich* / ut de solo petitorio, non possessorio hîc agi intelligamus, adjecta fuit, *D. Gothofr. Anton. d. disp. 2. An. - Vulsej. Coroll. 18.* Cui non adyersatur, ¶ quòd verbum *Gänztlich* / verbo *Endtlich* / 53  
per copulam *Et* connectatur, quæ diversitatis nota est, ac inter diversa usurpari solet, ut ita aliud sit *Gänztlich* / aliud *Endtlich*. *Ludovic. Gozadin. in l. qui se patris. n. 7. C. unde liberi.* Siquidem non raro Copula *Et* ponitur inter eadem & similia, & resolvitur in expositivam, ac stat declarativè inter duo idem importancia, *Iason ad l. 32. n. 3. ff. de Legib. Sichard. ad l. 2. n. 3. C. qua sit long. consuet.*

Præterea licet in ¶ possessorio ordinario sententia definitivè 54  
causam possessionis terminet, nec aliam post se super possessione sententiam expectet, *Andr. Geil. d. obs. 7. n. 4.* nihilominus tamen petitorium post eam dirimendum, l. ordinariè. *C. de rei vindicat. l. incerti. C. de interd. cum finis ¶ possessorii sit principium 55  
petitorii, Bart. in l. 1. C. quorum honor. n. 17. Bald. in l. 1. n. 2. C. uti possid.* Hinc *Ulpianus* inquit: Exitus controversiæ possessionis hîc est tantùm, ut priùs pronunciet iudex, uter possideat; ita enim fiet, ut is, qui victus est, petitoris partibus fungatur, & tunc de dominio quæzratur. Indeque *Dioclet. & Maximian.* ajunt, de possessio-

sione,

sione, sententiâ pronuntiâ, proprietati nullum præjudicium  
 56 adferre, *l. post sentens. C. de sent. & interloc.* ita ut opponens ꝑ exceptionem rei judicatæ in possessorio, in petitorio non audiat.  
 57 tur, *l. & an eadem. §. fin. ff. de except. rei judic.* quia possessoria ꝑ causam proprietatis non finiunt, sed præparant, *l. 1. §. ult. de aqu. quodid. & a stir.* nec perpetuam, sed temporariam possessionem, quoad de proprietate judicatum fuerit, addicunt, *Cujac. in para. 111. C. de interdict.*

Pro ratione tamen dubitandi facit, quòd causa possessionis  
 58 ꝑ & proprietatis non sit separanda, sed propter causæ connexitatem coram eodem iudice terminanda, *text. in c. 1. & ibi gl. de sequest. possess. text. in c. cum ad sedem. de restit. spoliat. & in c. signifi. arunt. de testib. l. nulli. 10. ubi Bari. las. Sichard. C. de judic.* Ideoque cui  
 59 committitur ꝑ possessorium, ei etiam censetur commissum petitorium, *dd. jurib. Andr. Geil. 1. obs. 35. n. 11.* quia quoad usum procedendi, ꝑ quoad modum probandi, & medium perveniendi ad  
 60 Domini certitudinem ejusque decisionem connexas habent partes, neque ordinis ratione divulsionem aut separationem patiuntur, *arg. l. 3. l. sine possessione. ff. de usucap. l. si re. C. de probat. d. l. ordinarii. & l. ult. ubi Sichard. C. de rei vindic. Ioh. Gadd. ad d. c. 1. n. 53. de sequestr. possess.* Si itaque ꝑ alius quàm Imperator in Feudis regalibus, quoad iudicium possessorium admittitur iudex, is etiam in petitorio admittetur, cum iudex causæ præparantis sit etiam iudex causæ præparatæ, *per ea quæ suprâ adducta sunt.*

62 R. Suprà traditam regulam de continentia ꝑ possessorii & petitorii fallere, si res, de qua controvertitur, ita comparata sit, ut is, qui in possessorio iudex fuit, in petitorio iudex esse nequeat, eò quòd petitoriũ alterius cognitioni specialiter sit reservatum, *Bari. in l. commodato. §. duabus. ff. commod. las. in l. nulli. n. 6. & Zas. ibid. n. 14. C. de judic. Menoch. 2. arbit. cas. 371. n. 23. vel quando res in superioris vel Domini Feudi præjudicium vergit, Bald. in c. un. §. præterea. de prohib. Feud. alien. per Frideric. benè & plenè Ofasc. Ca. 63 cheran. decis. Pedemont. 78. n. 9. & seqq.* Nostro ꝑ autem casu cognitio petitorii Principi specialiter est reservata, *Ord. Cam. p. 2. 111. 7.* Ideoque nihil hîc operabitur connexitas possessorii ad fundandam jurisdictionem in petitorio.

Quid verò, si lis super Feudo regali Ducatus, Comitatus, &c. moveatur, nò tamen super qualitate Feudali, an'ne adhuc constitutioni nostræ locus erit, ut ad solum Imperatorem cognitio  
 64 spectet? Et verius est, eo etiam ꝑ casu soli Imperatori reservatam esse cognitionem.

1. Quia textus cōstitutionis sæpè dictæ in §. Ob auch Sachen/rc. est generalis & indistinctè loquens de causis Ducatum, Comitatum, &c. qui ab Imperio recognoscuntur, non adjectâ distinctione, an causæ illæ vertantur super qualitate Feudali, necne? Ubi itaque lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, *l. quæ de pretio. ff. de Public. in rem act.*

2. Causæ † Ducatum, Comitatum, &c. non excipiuntur <sup>65</sup> in d. §. Ob auch Sachen/rc. tanquam causæ Feudales naturâ suâ ad Domini cognitionem pertinentes, sed simul ut causæ illustres & majores per se majorem judicem exposcentes, *Mahenhorst. in annotat. ad tit. 7. Ord. Cam. part. 2. Tob. Paurmeist. de jurisdict. Imp. Rom. lib. 2. c. 5. n. 91.* Eâdem † ratione, quâ olim defensores civitatum <sup>66</sup> majores causas, ut putâ si emancipandus vel manumittendus quis esset, ad Præsidem remittere tenebatur, *l. 1. §. 7. de defensorib. civit. l. pen. & ult. C. de emancip. liber. Cujac. ad Novell. 15. de defensorib. Civit. in fin.*

3. Si propter solam Feudalitæ hæ causæ reservatæ fuissent Imperatori, & non simul esset, ut illustres, majores & arduæ, utique † & de aliis Imperii immediatis feudis, *ohnmittelbahren Reichsteuenschaften* / solus Imperator cognosceret ex rationis identitate. Atqui de his non solus Imperator cognoscit, sed Camera concurrit cum Imperatore, *ut supra ex Geil. 1. obs. 29. n. 3. & 7. aliisque probatum fuit.* Ergo non propter solam Feudalitatem, sed potiùs propter magnitudinem tanquam arduæ & graves Imperatori non solùm tanquam Domino Feudi, sed etiam ut summo Magistratui & judici ordinario in signum præeminentis superioritatis hæ causæ Ducatum indistinctè reservatæ sunt.

Pro ratione dubitandi facit, 1. Quod ad hoc, † ut Domini <sup>68</sup> vel Parium sit cognitio, non controversiam tantùm esse de Feudo, sed talem, quæ ipsam Feudi naturam respiciat, utpote si agatur de amissione vel constitutione Feudi, *Bald. in c. 1. §. inter pares. vers. ita ponit. de L. Conrad. Hartman. Pistor. quæst. lib. 1. quæst. 15. n. 27. & seq. Richard. consil. 128. n. 8. & 9. lib. 2. Regner. Sixtin. de regalib. d. c. ult. lib. 1. n. 56.* Ideoque si ad alium effectum, † quàm ad constitutio- <sup>69</sup> nem vel privationem Feudi agatur, etiam si lis sit de prædio in feudum dato, non ad Dominum, sed ordinarium rei judicem cognitio spectat, *Udalric. Zas. 1. consil. 13. Lüdolph. Schrader. de Feud. part. 10. sect. 2. n. 31. Mynsing. observ. 99. n. 3. & seqq. Coler. de processib. executiv. p. 2. c. 3. n. 311. & seqq.*

2. Dubium movet, † quòd illi Ducatus, Comitatus, &c. qui <sup>70</sup> non

non sunt Feuda Imperii, solius Imperatoris cognitioni non reserventur, *ut supra in primo requisito dictum fuit.*

- 71 Ut itaque Imperatoriæ tantum cognitioni locus sit, requiritur, ut Comitatus, Ducatus, &c. sint Feuda Imperii; Ex hisce prono quasi fluit alyeo, non tam causæ magnitudinē (aliās enim de his etiam Ducatibus, Comitatus, &c. qui Feuda Imperii nō sunt, ex ea magnitudinis causa Imperator solus cognosceret) quàm ipsam Feudalitatē in consideratione fuisse.

Hisce tamen argumentis à priori sententia me dimoveri non patior.

- 72 Ad 1. R. Illud argumentum procedere eo casu, † quo Dominus feudi non est simul ordinarius iudex; Imperator autem non solum ordinarius iudex illarum causarum, sed etiam summus Magistratus est, cujus jurisdictio non solum ex qualitate Feudali, sed etiam ex vera subjectione fundata in omnibus imperii immediatis civibus & possessionibus.

- 73 Et quamvis † Camera, & certis casibus privilegiatis iudicibus; ordinariam causarum cognitionem, secundum tamen vigorem Ordinationis, Imperator concesserit, attamen in hisce causis Ducatum ipse solus esse voluit ordinarius, *d. tit. 7.*

- Ad 2. R. Quamvis de illis Ducatibus & Comitatus dist. ponat constitutio *d. tit. 7.* qui sunt Feuda † imperii, non tamen id fit propter solam qualitatem feudalem, sed potius propter magnitudinem causarum, *ut supra dictum est;* & quod non feudalia, quæ tamen regalem dignitatem annexam habent, ab hac constitutione eximantur, id inde factū puto, quod leges constituentur de his, quæ frequentia, non quæ rara sunt, *l. 3. 4. 5. ff. de legib.* Nullum autem esse existimo † Ducatum & perpaucos Comitatus, qui allodiali jure censentur, ita ut exinde Imperatores non ita solliciti fuerint in reservanda sibi cognitione.

- 76 Dubitari ulterius posset, quid juris, si Ducatus, † Comitatus, de quibus controversia movetur, partim Regali feudi jure ab Imperio immediatè dependeant, partim ab aliis inferioribus Dominis, partimq; ex allodialibus portionibus collecti, & uniti, & tanquam unum corpus ab Imperatore in Feudum recognoscantur? Et quod eo casu non solius Imperatoris sit cognitio; sed eorum, à quibus istæ res particulares in Feudum recognoscuntur, innuere videntur rationes sequentes.

- 77 1. Quia cessante † eo, in quo fundatur dispositio, ipsam quoque dispositionem cessare consequens est, *c. cum cessante. X. de Appellat. l. 1. §. quod autem ait Prætor. Et ibi Bart. ne quid in flum. publ. l. 2.*

l. 2. §. docere. ff. de vi bon. raps. Andr. Geil. in tract. de pignor. observ. l. n. 2. Gylman. in Symphorem. supplic. tom. I. tit. I. vol. 4. n. 18. Schrader. de Feud. part. 1. q. 6. n. 23. Atqui in eo fundatur qualitas † reservatæ cogni- 78  
tionis, ut Ducatus, Comitatus, &c. ab Imperio & Imperatore  
dependeant, so vom Reich zu Leben rühren / ideoque ad res allo-  
diales vel Feudales, quæ non ab Imperatore, sed aliundè reco-  
gnoscuntur, interpretatione extendi dicta constitutio non de-  
bet, Ludolph. Schrader. de Feud. part. 10. sect. 2. n. 66.

2. Generaliter constitutum est, † cum in causis feudalibus 79  
inter Vasallos esse judicem, qui immediatus Feudi controversi  
Dominus est, Ba' d. in c. cæterum. X. de judic. Clar. in §. Feudum. q. 90.  
n. 11. ubi communem dicit. Curt. jun. part. 4. n. 63. Heyman. Pultej. 2.  
Feud. c. 2. n. 11. quia causa † immediata & proxima efficaciot est, 80  
& plus operatur quàm causa remota, l. socium, qui in eo. 60. §. 1.  
ff. pro soc. l. qui domum habebat. 57. in fin. ff. locat. l. huic scriptum. e. 15. ff. ad  
L. Aquil. Ideoque in omnibus negotiis potius attenditur. Bald.  
in l. ex placito. 3. col. 1. & 2. c. de rerum permut. Schrader. d. sect. 2. n. 60.

Hæc tamen non obstantibus, contraria magis arridet sen-  
tentia, siquidem † causæ continentia non est dividenda, l. nulli. 81  
C. de judic. l. omnes. C. arbitr. tuel. Frider. Mindan. de caus. contin. c. 2.  
per tot. ne † actor vel reus super eadem re in diversis judiciis ma- 82  
gnis sumptibus litigare cogatur, tot. tit. ff. de quib. reb. ad eund. judic.  
eat. d. l. omnes. C. arbitr. iur. & ne lis ex lite cum Reipubl. & partis  
detrimento trahatur, arg. l. properandum. in pr. C. de judic. Nov. 18. C.  
studium verò. l. item si res. 4. §. 1. ff. de alien. judic. mut. caus. fact.

Ideoq; si res, de quibus est controversia, † partim supremo 83  
duntaxat, partim verò inferiori judici subsint, tota causa coram  
supremo iudice rectè tractatur, Frider. Mindan. de caus. contin. c. 3.  
n. ult. Myns. obs. 4. cent. 1. n. 2. 3. & seqq. Andr. Geil. 1. obs. 32. n. 5. Joh. Gædd.  
ad c. 1. n. 31. de sequer. post. ubi dicit, generalitatem causæ & actio-  
nis efficere, ut plures res & personæ diversæ jurisdictionis, in  
uno iudicio & coram uno iudice terminentur. l. 1. l. 2. ff. de quib.  
reb. ad eund. judicem eat. l. 2. ff. fin. regund. §. quædam. Instit. de abliou.  
Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 371. n. 10. Harim. Hariman. practic. obs. 7.  
sub tit. de judic. n. 7.

Hinc etiam, quando quædam † feuda sub uno Domino in- 84  
feriore aut ejus curia, quædam verò ab alio æquè inferiore con-  
trovertuntur & recognoscuntur, quæ omnia eundem Dominum  
Feudi superiorem, qualis est Imperator, habeant, propter causæ  
continentiam superiorem adiri posse, moribus Germaniæ &  
Galliæ obtentum scribit Henr. Rosensh. de Feud. c. 12. concl. 1. n. 82. fac.

- text. in R. N. in Speyer de Anno 1570. §. Damit aber alle Verenderung  
 ibi: contra plures Corrcos diversi fori, vnd dergleichen.
- 85 Hoc multo magis procedit in ¶ unitis & quasi in unum corpus  
 collectis, quia res unitæ & connexæ eidem foro subjiuntur,  
 cui subjiuntur res principalis. *Felin. in c. super literis. n. 20. X. de pre-*
- 86 *script. Pacian. de probat. c. 26. n. 51. Frider. d. tract. c. 20. n. 1.* quia ¶ unio  
 facit rem esse ejus naturæ, cujus est id, cui unitur, *per ea, quæ*  
*supra latius tradita sub cap. de success. diuis. & administrat. Feud. regal.*  
*circ. fin.*
- 87 Ad 1. Argumentum respondetur, ¶ nostro casu non omninò  
 deficere qualitatem fundantem dispositionem illius §. Ob auch  
 Sachen. propter rerum unionem & connexitatem. Siquidem
- 88 ¶ accessorium parilem sapit naturam cum suo principali, *cap. ac-*  
*cessorium. de R. l. in 6. Andr. Knich. 2. de vestit. paction. cap. 3. n. 92. Boer.*  
*decis. 50. n. 19.* & cohærentia censentur eodem jure, sicut ea, qui-  
 bus cohærent, *l. quæ religiosis. & ibi gl. ff. de rei vindic. Martin. Fran.*  
*consil. 80. n. 3. tom. 2.* si enim religiosi jure censetur, quod rei reli-  
 giosæ cohæret, *d. l. quæ religiosis.* quare non Ducatus jure quoad  
 causæ continentiam nō dividendam censetur, quod Ducatui
- 89 cohæret, & unitum est. Et minor ¶ pars unita majori censetur  
 facta illius appendix, *l. tribus. C. de agricol. lib. 11. Wesenb. consil. 1.*  
*n. 52.* & augmentum sumit naturam ejus, cui adjicitur. *Albert.*  
*Brun. tract. de augment. conclus. princ. 5. & 9.* Et contentum conti-  
 nentis sui legibus æstimatur, *Ernest. Cothman. consil. 84. n. 20. Zas. 2.*  
*consil. 11. n. 3. & 4. Zach. Vies. de exempt. conclus. 18.* ubi ex privilegio
- 90 ¶ Austriacis dato refert hæc verba: Volumus ut si districtus &  
 ditiones vestri Ducatus ampliuntur, hæreditate, donatione, em-  
 ptione, vel alio quovis devolutionū successu, præfata jura, pri-  
 vilegia, & indulta ad augmentum domini Austriæ plenariè re-  
 ferantur. *Acac. Emenck. 2. de privileg. jur. c. 4. n. 120.* quæ verba privi-  
 legio isti non specialis expressionis, sed majoris declarationis  
 causâ inserta sunt: & quamvis omiſſa essent, idem statuendum  
 foret propter rationes modò traditas.
- 91 Pro secundo respondetur, ¶ multa admitti in consequentiam,  
 quæ principaliter non concederentur, *l. non solum. de restitu. in*  
*integr. l. quod dicimus. ff. de auctor. tut. l. quoties. C. de judic.* & quod
- 92 etiam ¶ in feudis circa accessoria idem iudex ad eundem, qui in  
 causa principali generaliter traditur. *Afflic. in cap. 1. §. præterea s.*  
*inter. n. 16. de prohib. feud. alien. per Frider. Schrader. de Feud. part. 10.*  
*sect. 1. n. 89. Sixtin. de regatib. lib. 1. c. ult. n. 14.*
- 93 Quando ergo de toto Ducatu ¶ vel aliquâ ejus parte universali  
 Imperator

Imperator judicat, in consequentiam etiam de portionibus partibus unitis judicabit, salvo tamen cujusque jure Dominico.

Ad 2. Argumentum respondetur, regulariter † quidem ad 94 immediatum Feudi Dominum spectare cognitionem, non tamen semper. Nulla enim tam firma est regula, quæ non admittat exceptionem. Admittit autem regula opposita exceptionem, [1.] Quando de † re illa feudali non principaliter, sed in 95 consequentiam principalis, cui adhæret, controversia movetur, tum enim rei principalis iudex judicat etiam de accessoriis, per modò tradita. [2.] Admittit modò dicta regula exceptionem † in unitis & connexis, ne continentia causæ dividatur; 96 Nam de connexis idem quod de principali statuendum est, cap. translatio. de constitut. gloss. ibid. in verb. quod de uno. l. proinde si servus. ff. ad L. Aquil. Larbone. ff. comm. divid. Andr. Geil. 1. observ. 35. n. 10. Ruzger. Ruland. de commissar. lib. 3. c. 4. n. 10. II. Et connexitas † opo. 97 ratur, ut unitas censeatur, Andr. Geil. 1. de pace publ. cap. 6. n. 5. ac proinde res connexæ sive unitæ, ut & pertinentiæ eidem foro subjiciuntur, cui subjicitur res principalis, Felin. in cap. super literis. n. 20. vers. quinto facit. X. de rescript. Frid. Mindan. in d. tr. de caus. consensens. c. 20. n. 1. & magis dignum trahit ad se minus dignum, c. per tuas. de arbit. c. quanto. de judic. c. quod in dubiis. vers. fin. de consecrat. Eccles. vel altar. l. communem. ff. servis. quemadm. amitt. text. notab. in l. per minorem. ibi: major enim quæstio minorem ad se trahit. ff. de judic. ne aliquis ejusdem causæ nomine sub diversis iudicibus litigare cogatur, c. ex tenore. c. fin. X. de rescript. c. 2. de caus. poss. c. propr. l. 1. c. 2. ff. de quib. reb. ad eund. jud. eatur.

Ulterius ad nostram constitutionem quæritur, Si non de integro Ducatu, Comitatu † & simili Feudo regali, sed de parte 98 aliquâ Ducatus, Comitatus, &c. veluti dimidiâ, tertiâ, quartâ, quintâ, &c. agatur, an'ne adhuc solius Imperatoris sit cognitio? Et videtur eo casu reservatam illam Imperatoriæ Majestatis cognitionem locum non habere; quia in d. §. Ob auch Sachen/rc. verba illa extant, So einem Theyl gånztlich, quæ particula gånztlich integrum corpus denotare videtur. Ideoque tum demum videtur locus esse constitutioni, si alicui feudum regale, h. e. Ducatus, Comitatus, Baronatus, gånztlich / h. e. totaliter abjudicari debeat, non verò pars ejus aliqua. Et ita sentit Regner Sixtin. de regalib. lib. 1. c. ult. n. 19. c. seqq. Rosenth. de Feud. cap. 12. concl. 1. n. 30.

Verum † contraria sententia veritati & intentioni legislatoris magis congrua. Nam quicquid juris in toto quoad totum, idem etiam juris esse censetur in parte quoad partem, l. quæ de

100 *101a. 76. ff. de Public. in rem act. l. si qui scit. 25. in pr. ff. de usur. Everhard. in topic. legalib. loc. à toto ad partem. nisi manifesta monstratur totius & partis diversitatis ratio. Nostro autem casu eadem militat ratio in parte Ducatus, quæ in toto Ducatu. Interest enim Imperatoris, ne vel hac occasione dismembrantur Ducatus & feuda regalia, vel aliud quidpiam disponatur, quod in Imperatoris vel agnatorum simul vocatorum præjudicium tendere possit.*

Ad argumentum allatum respondetur, verbum illud † *Gantzsch* / in Constitutione nostra non esse referendum ad corpus & quantitatem rei controversæ, sed ad sententiæ qualitatem, idemque significare, quod vox *omniò*; ut hic sit sensus, De illis Feudis Imperatorem solùm cognoscere tunc, quando definitivè & *omniò* atque ita in iudicio petitorio proprietatis, non etiam in solo possessorio abjudicetur, sive de integro Ducatu vel Comitatu lis sit, sive de certa ejus quota, cui regalis dignitas annexa est.

Et hanc sententiam tanquam veriore[m] tuetur *Dn. D. Gothofred. Anton. affinis meus, p. m. in disputat. Ant. Vult. 2. coroll. 5. 6. 7. Ludolphus Schrader. de Feud. part. 10. sect. 2. n. 68. Paurmeist. de jurisd. lib. 2. c. 5. n. 96. Pruckman. consil. 16. n. 17.* Et secundum hanc in iudicio aulæ Cæsareæ in ardua causa pronunciatum 23. die Octobr. Anno 1613.

101 Aliud tamen dicendum de rebus † particularibus, villis, castris, oppidis, quæ non habent annexam regalem dignitatem, etiam si in Ducatu, Comitatu sitæ sint, *Schrader. d. sect. 2. n. 68. Gothofred. Anton. d. disp. 2. coroll. 8.*

102 Ultimò, circa hanc constitutionem dubitatur, Num de his Feudis regalibus † in arbitros compromitti possit, ita ut compromissarius sit iudex? Sunt qui affirmant, sunt etiam qui

103 negant. Affirmantes † utuntur hoc præcipuè fundamento, quòd generaliter jure feudali constitutum sit, Vasallos in arbitrum compromittere posse, *text. in cap. 1. de investitur. in marit. fact. c. 1. §. si autem inter pares. de L. Corradi. c. 1. an apud iudic. vel Domin.* Et quamvis sint, qui còtrarium sentiant, *ut videre est apud Schrader. part. 10. sect. 1. n. 116. ubi plurimos pro ea sententia adducit, & magis communem dicit. Item Paurmeist. lib. 1. de jurisd. Imp. Roman. c. 26. n. 13. priorem tamen sententiam communiter approbatam ex Cury. & communior[m] ex Hannover. dicit Sixtin. de regalib. d. cap. ult. n. 60.*

104 Hac tamen ratione non obstante, † etiam si verior de jure sit eor[um] opinio, qui volunt, in feudis vulgaribus Vasallos com-

compromittere posse, attamen ista generalis juris dispositio ad nostrum casum trahi non posset, liquidem cognitio de hisce Feudis regalibus est de reservatis summi Principis, d. §. 2. Ob auct. Sacken/rc. Reservata t̄ autē Imperatoria sunt quasi sanctum san- 105  
ctorum, in quod nemo intromittitur præterquam solus Princeps, nec ulli alii præsertim privatis cōmunicari possunt, *Corarr. practic. 99. c. 4. n. 1. Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 3. gl. 4. n. 16.*  
Ideoque de t̄ ejusmodi reservatis nec statuere, nec pacisci quis 106  
quam potest in præjudicium superioris, c. cū inferior. de major. & obediens. Bart. in l. omnes populi. n. 26. in fin. & ibid. Zas. n. 24. ff. de just. & jur. Et quamvis compromittere t̄ sit de genere permit- 107  
torum, attamen de jure etiam civili nec de causis mixti imperii, l. ult. & ibi Bart. C. ubi t̄ apud quem restituit. nec in causa liberali cū de ingenuitate sive libertate quæstio movebatur, compro-  
mitti poterat; quia, ut inquit IC. Paulus, favor libertatis est, ut majores judices habere debeat, l. non distinguemus. 32. §. de liberali causa. ff. de recept. arbitr. fac. l. ult. C. ubi caus. fiat. Amon. Fab. in rational. ad d. §. de liberali. Eādem ex ratione t̄ nec in matrimonialibus 108  
compromissum valet, c. pen. X. de in integr. restit. Unde istiusmodi causæ t̄ sub statuto compromittendo non continentur, Bart. ad 109  
d. l. non distinguemus. §. de liberali. Vincent. Honded. conf. 84. n. 48. Ergo multò minus de hisce magnis & arduis causis compromitti poterit.

Si enim Imperator t̄ neque Imperii Vicariis, *Aur. Bull. tit. 5.* 110  
neque Imperiali Cameræ, quæ ipsam Cæsaream Majestatem quoad jurisdictionem contentiosam repræsentat, horum Feudorum cognitionem permittere voluit, multò minus eandem cognitionem, per compromissum in privatos conferendam, concedere voluisse censendus est, *argumento ducto à majori ad minus, quod in jure validum est.*

Hæc, quæ modò dicta sunt, videntur procedere de compromissariis t̄ conventionalibus. Quid verò de arbitrīs statuto & 111  
pactis familiæ constitutis statuendum? Et cū talia pacta t̄ & 112  
statuta familiarum Illustrium, so ihre sonderbare Austrage gegen einander haben / generali imperii & Imperatoris lege confirmata sint, *Ord. Cam. p. 2. tit. 2.* videtur aliud dicendum esse.

Verius tamen est. t̄ eo etiam casu locum esse constitutioni 113  
nostræ de reservata solius Imperatoris cognitione; quia sub generali confirmatione nō veniunt ea, quæ in specie reservata sunt summo Principi præcipua in privilegium corona principalis, *Luc. de Penn. in l. contra publicam. column. 7. C. de re milit. l. 6. 12. Ojase*

- 114 *Cacheran. decis. Pedemont. 101. n. 12.* & privilegia ꝛ ac concessiones semper intelliguntur salvo jure superioritatis, *Covarr. pract. 99. c. 4. n. 1. & seqq. Sixtin. de reg. lib. lib. 1. c. 5. n. 3. & seq. Meichsner. decis. Cameral. tom. 2. lib. 1. decis. 6. n. 89. 90. 91.* Horum autem majorū Feudorum cognitio specialiter in dd. constitutionibus soli Imperatori reservata est. Et ita quòd statutum ꝛ compromittendi de libris inter sanguineos vententibus in his feudis regalibus sine speciali Domini consensu non obtineat, tradit Ludolph. Schrad. *de feud. part. 10. sect. 1. n. 170.* Et quamvis coram hujusmodi
- 115 ꝛ arbitris causa agi cœpisset, posset tamen illam Imperator avocare, vel per rescriptum inhibere, ne ulterius procedatur, ut tradit *Cacher. decis. Pedemont. 78. in fin. Herm. Fult. ad l. 1. n. 168. C. de jurisdic. omn. judic. Geil. 1. obs. 40. n. 2. & 9.*

## CAP. XX.

DE LIBERIS CIVITATIBVS, QUARTAM  
*classẽm Statuum Imperii constituentibus. Et  
 incidenter etiam quadam de Civita-  
 tibus Hansaticis.*

- 1 S U N T etiam ꝛ præter Electores, Principes, Prælatos, Comites, Barones, Status Imperii, N. U. zu Worms de Anno 1521. von Ordnung des Landfriedens. sub iii. Handhabung Friedens. §. Vnd ob sich begeben. ibi: Auch Churfürsten/ Fürsten/ Pöretaten/ Grafen/ Freyherrn/ vnd des Reichs Stände. quod utiq; per aliorum singularem enumerationem de Civitatibus imperialibus intelligendum.
- 2 ꝛ In Repub. Romana nō una eademq; omnium Civitatum conditio fuit, quædam namque propriis legibus permittebantur vivere, quarum cives muneris tantum honorarii cum Populo Romano participes erant, à quo capeffendo municipes appellati, nullis aliis necessitatibus, neque ullâ lege adstricti: quædam verò fuerunt quæ Romanas leges vel incolas Romanos acceperant, & Colonia dicebantur, ut ex Lazio refert Paurmeist. *de jurisdic. lib. 2. c. ult. n. 5.* Hæc rursus quantitate in minores & maximas, quæ Metropoles appellabantur, distinguebantur, *l. si duas. §. si minores. de excus. Peir. Gregor. Tholojan. de repub. lib. 2. c. 1. n. 5.*
- 3 ꝛ quædam Civitates omnem aut plenam jurisdictionem à Cæsare concessam aut præscriptam, quædam nullam, quædam limitatam habent. Exinde alia illa præfenti statui Imperii Romani bene

ai bene congruens nata est divisio. Quod quædam † Civitates 4  
 Imperiales Liberæ, quædam prorsus subditæ & simpliciter mun-  
 cipales sint: quædam verò mixtum statum obtineant; ita ut  
 certis casibus & conditionibus Principes recognoscant; In reli-  
 quis verò respectu privilegiorum à Cæsaribus & Imperio ob-  
 tentorum atque regalium & veri Imperii, quæq; his cohærent  
 juribus, suam tueantur immunitatem, *argumento eorum, quæ tra-  
 dit Bart. ad l. omnes populi. n. 3. Bald. ibid. n. 18. & 19. ff. de just. & jur.  
 Gil. 2. obs. 54. n. 10. & de arrest. Imper. c. 6. Paurmeist. de jurid. lib. 2. c.  
 uli. n. 11. & seqq.*

Huic distinctioni † accedit illustre præjudicium Caroli IV. 5  
 Imp. de civitate Hamburgensi. Cum enim olim inter Comites  
 Holfatiæ, qui hodiè Duces, & inter civitatem Hamburgensem  
 lis orta & ad Carolum IV. Imp. delata esset, eam Imperator in-  
 terloquendo ita determinavit, ut Hamburgum oppidum Com-  
 itibus quidem pareret, salvis tamen libertatibus, quas ab Im-  
 periali culmine promeruerant, *Alb. Kranitz, in Saxonia lib. 10. c. 2.  
 via. die Gerichtliche acta der Statt Braunschweig Huldigung betref-  
 send. f. l. 253.*

Quamobrem quædam † Civitates partim Imperatorè, quoad 6  
 regalia, quæ ab eodem habent; partim Ele&tores vel Duces Im-  
 perii, quoad territoria, in quibus sunt sitæ Civitates, non tamè  
 quoad ipsum jus terrendi recognoscunt, quas à principaliori  
 Civitates Imperiales rectius quidam dici volunt, *Math. Steph. d.  
 lib. 2. p. 2. cap. 1. n. 18.* Ex quibus † apparet, Civitates Imperiales in 7  
 duplici esse differentia: quædam solum Imperatorem immédia-  
 tè recognoscunt, ab eoq; plenam & omnem concessam vel præ-  
 scriptam jurisdictionem ac regalia habent; quædam verò par-  
 tim Imperatorem recognoscunt, partim etiam certis conditio-  
 nibus ac pactis Principi alicui, puta Duci, Marchioni, Comiti,  
 subest, in cujus territorio est sita, vel cui vicina est; ita ex *Myn-  
 sing. Geil. & aliis Henric. Bocer. de Collect. c. 4. n. 26.* In præsentiarum  
 de Imperialibus seu Liberis Imperii Civitatibus agemus, quæ  
 verè antiquam libertatem obtinent, teste *Alciato in l. censere. 111. n.  
 7. de V. S. Matth. Wehner. in pract. obs. verb. Freye Reichs Stätte. in pr.  
 & in suo districtu † jura Principis usurpant, & vicè Principis ob- 8  
 tinent, Bars. in l. infamem. n. 14. ff. de public. Andr. Geil. 2. observ. 58. n. 7.  
 Thom. Michaël. de jurid. concl. 44. lit. g. Auctor Decision. seu præjudic.  
 Camer. verb. Civitas Imperialis. in pr. Et quòd hæc sit communis  
 Dd. sententia, post allegatos dicit Don Garf. Mastrill. de Magistras.  
 lib. 3. cap. 7. n. 10. sessionemq; & votum in Comitibus habent, hæc*

- ben Stimme und Stand in Reichsverſammlung / ac Nobilia Imperii Romani membra in diplomatis & privilegiis Cæſareis appellantur, *Regner. Sixin. de regalib. lib. 1. c. 4. n. 80. Auct. gründtlichen Verichts des heiligen Reichs Statt Friedberg regalia betreffend / part. 1. punct. 13. n. 14. fulcra & columnæ Imperii dicuntur, Berteram. de*
- 9 *Comit. apud Arum. discurs. 9. conclus. 45. Suntque imperio ꝛ incorporatæ non minùs quàm Principes, Prælati & Comites, Kuzger. Kutand. in tract. de Commissar. lib. 5. part. 2. cap. 4. sub num. 38. pag. 184. col. 1. circ. fin.*
- 10 Dicuntur autem Civitates ꝛ Liberæ, non quasi omnimodâ libertate fruuntur, & Imperatoris jurisdictione exemptæ sint, sed quòd ab inferiorum Principum, Prælatorum & Comitum imperio & exactionibus liberæ sint, uti & Nobiles immediati pari ratione liberi appellâtur, die freye Ritterschafft. Paurmeister.
- 11 *d. cap. ult. lib. 2. n. 11. vers. 2. ubi sub n. 13. ita definit ꝛ Civitatem Imperialem, quòd sit communitas directò imperio parens, jus sessura & suffragiorum in Comitibus obtinens.*
- 12 Et licet non desint ꝛ Principes vicini, qui ratione meri mixtiq; imperii, vel vectigalium, vel salvi conductus, vel similibum, in totum vel tantùm ex parte aliquod jus in nonnullis Civitatibus Imperialibus ex præscriptione vel conventionione cum iis inita, aliòve modo acquisiverunt, tamen eæ Liberæ Civitates Statusque Imperii nihilominùs remanent, & reliqua regalia salva retinent, *ut scribit Regner. Sixin. de regalib. lib. 1. d. c. 5. sub n. 82. In Civitate Coloniensi, ꝛ quæ sine controversia Imperialis est, Senatus quidem habet jus carcerandi, inquirendi, sed damnandi, absolvendi, adeoq; potissimùm jus meri Imperii habet Archiepiscopus, Sleidan. lib. 6. circa fin. Matth. Wehner. in pract. obser. verb. Freye Reichs-Stätte. pag. 180. Matth. Stephani d. c. 1. n. 33. ubi à n. 24. usq; ad 24. multis exemplis illustrat hâc traditionem. & post eum Henricus Bocer, de Collect. d. cap. 4. n. 27. ubi in Goslaria, Noriberga & aliis exemplificat.*
- 14 Idem est si civitas aliqua ꝛ Principi aliquid det in signum superioritatis, putâ pallium, bravium, ceram vel simile quid, propterea tamen subdita dici non poterit, sed libera manet, salvis pactorum & conventionionis juribus, *Bald. in l. etiam. col. fin. C. de jur. dot. & l. executorem. vers. sed quæro de Civitatibus. col. 8. C. de execut. re judic. Dec. consil. 360. Restaur. Castald. de Imper. q. 109. n. 9. ubi ait, quòd locus subjectus certis pactis & conditionibus in aliis remaneat liber. ad quod dicit bonum textum esse in Clement. pastoralis. §. deniq; de re judic. Don Garf. Masfrill. de Magistr. lib. 1. c. 7. n. 14.*

Hæ Liberæ Imperii Civitates ꝑ eum sint immediatè sub Im. 15  
peratore & Imperio, Imperiijq; matriculæ insertæ, votumque &  
sessionem in Comitibus habeant, ac Imperio urgentibus factis con-  
tribuant, meritò etiam in numerum Statuum Imperiij referun-  
tur & collocantur: Nam ex hisce qualitatibus Status Imperiij  
quis sit æltimamus, *per ea, quæ tradit Geil. 1. obs. 21. & dixi supra, ubi  
de Statuum descriptione egi, class. 4. c. 1. per tot.*

Non itaque placent quæ scribit Wehner. *in obs. præf. alleg. su-  
prà loco, pag. 179. Matth. Steph. d. cap. 1. n. 60. & seqq.* non omnes  
ꝑ omninò Civitates Imperiales, licet sint Status Imperiij, ad Co- 16  
mitia vocari, sessionemq; ac votum in Comitibus obtinere, quod  
exemplo Civitatis Brunsvicensis probant: Salvo namque illo-  
rum Virorum judicio nullam ꝑ Civitatem, quamvis quoad jura 17  
regalia & alia privilegia immediatè imperio pateat, inter Status  
Imperiij referendam puto, quæ jus Comitiorum non habet, *arg.  
sunt in Reichs Abschied de Anno 1548. §. Wann auch ein Außgezogener.  
ibi: Nicht Stimm vnd Stand in Reichsversamblungen.* Ex hoc enim  
Comitiorum jure inducitur quasi possessio Status Imperiij, *Andr.  
Knich. de jur. territ. cap. 3. n. 164. ex Decian. consil. 84. n. 28. vol. 5. Zachar.  
Vier. de exemp. concl. 5.*

Nec enim sola immediata ꝑ qualitas sufficit ad inducendum 18  
Statum Imperiij, sed plura requiruntur; multi namque sunt im-  
mediati, qui tamen non sunt Status Imperiij, *textus aperius in Re-  
cess. Deputat. de Anno 1564. §. Vnd wollen wir als Römischer Keyser/  
gegen denen / so nicht Stände des heiligen Reichs / jedoch dem heiligen  
Reich immediatè vnterworffen/dise Constitution exerciren/re.* Ideoq;  
juxta notissimam juris theoreticam, ꝑ Quando plures qualitates 19  
copulativè à lege requiruntur, deficiente unâ, deficit & ipsa ju-  
ris dispositio. Tales itaque Civitates ꝑ non tanquam Status im- 20  
periij, sed per modum privilegii vel præscriptionis ab inferiorum  
Principum jurisdictione, quoad quid, exemptæ sunt.

Præterea, quamvis non detulerunt, qui in genere asserere non  
veriti sunt, Civitates ꝑ non habere jus suffragii in Comitibus, ta- 21  
men eos notoria facti refellit evidentiâ. Siquidem ꝑ Status Im- 22  
periij nomen non minùs in civitatibus otiosum esse debet, quam  
in aliis Principibus & Proceribus, *Thom. Michaël. de jurisd. concl.  
44. lit. g. in notat. Arum. in Aur. Bull. discurs. 1. concl. 8. ubi latè hoc per-  
sequitur ihema. Obrecht. de jurisd. c. 6. n. 75. & plerumq; in hac for-  
ma ad Conventus & Comitibus Civitates evocantur: ꝑ Ihr wollet 23  
erscheinen/ neben vñ mit anderen Reichs Ständen/helffen handhaben/vah-  
ten vnd beschließen, Bruning. de variis universis. specieb. concl. 18. Unde*

- etiam in fine Recessuum Imperii plerumque Civitatum seu eorum Legatorum mentio fieri consuevit, & non tantum Electorum & Principum, hisce plerumque verbis: Vnd wir Churfürsten / Fürsten / Prelaten / Grafen vnd Herren / vnd des heiligen Reichs Frey vnd Reichs Stätte / Gesandten / Gewalthaber vnd Botschafften. N. N. de Anno 1551. circ. fin. §. Vnd wir Churfürsten. N. N. de Anno 1555. circ. fin. §. Vnd wir die Berordnete. ac passim in aliis recessibus. Et quod non solum Principum, sed etiam Civitatum seu Legatorum Civitatum consensu & suffragio publica negotia in Comitibus firmentur, in iisdem & aliis constitutionibus satis exprimitur. Id ipsum ulterius apparet ex subscriptione recessuum: Si enim votum in Comitibus non haberent, neque etiam iis, quæ in Comitibus
- 24 tractantur, subscribere necesse haberent. Dividuntur autem † in Comitibus Civitates in duo scamna, werden in die Rheinische vnd Schwäbische Banc abgetheilet. Reussner. ac urbis. German. Imperial. lib. 1. fol. 2.
- 25 Inter † omnes tamen Imperii Civitates quatuor sunt primariae: Augusta, Aquilgranum, Metis & Lubeca, *Paumeyst. d. c. ult. n. 16. Henr. Bocer. de Collect. c. 4. n. 32.*
- 26 Et quamvis veteri jure Civitates, † exceptâ Româ, privatorum jure censebantur, hodiè tamè ex usu nostri Imperii aliud dicendum,
- 27 *Peir. Heig. illustr. quæst. 23. n. 30. lib. 1.* Et quod olim † Roma fuit secundum formam legibus præscriptam, id hodiè sunt Status imperii, & Civitates, quæ Statum imperii repræsentant ex usu & Ordinationibus imperii, *Hanfman. de re monetar. conclus. 11. tit. d. Zgler. in §. Landsassii. part. 2. n. 56.* Ideoque multum interest, inter id quod fuit, & quod nunc est, *l. qui res. 98. §. arcam. 8. ff. de solution.* Inferiores tamen Civitates mediâtè Imperio subjactæ, hodiè etiam loco privatorum habentur, *arg. l. eum qui rectigal. ff. de V. S. l. nihil interest. ad Scium Macedon. Geil. 2. obs. 57. n. 8. Garsj. Mastrill. sub n. 10. d. loc. suprà.*
- 28 Notandum etiam, quod † Civitates Imperiales non uno eodemque modo denominentur: Quædam namque simpliciter dicuntur Reichs Stätte; quædam freye Reichs Stätte; de quarum differentia variæ sunt Dd. opiniones & conjecturæ, quibus omnibus consideratis, re ipsâ nulla solida constitui potest differentia; in gratiam tamè eorum, qui rerum inventionem delectantur, subjiciam eruditas Viri doctissimi Matth. Wehneri hac de re conjecturas *alleg. suprà loco*, ubi ira scribit: Nam Freye Reichs Stätte werden genant / die nichts vom Adier in insignis haben / olim jugo Episcoporum vel aliorum subjactæ, postmodum libertate dona-

donatæ ac exemptæ Simpliciter aber ReichsStätt/die einen gangen  
 Adter/ oder etwas davon führen/ ut Nach / Nürnberg / Franckfurt/ &c.  
 Hinc in genere dici debet, die Ehrbare / Freye vnd ReichsStätt.  
*Gylman. tom. 3. Symphorem. f. 75. Andr. Knich. de iure territor. & velitat.*  
*Apologes. n. 87. & 88* Gemeintlich ramen & collectivè de hac dif-  
 ferentia zu reden/ † sind Freye vnd ReichsStätt im grund ein Ding/  
 als nemlich / daß alle ReichsStätt auch Freye Stätt sind vnd genant 29  
 werden sollen/ eo respectu & fundamento, daß sie sonst keinen andern  
 Herren/denn das H. Römische Reich/oder Keyserliche Majest. ohne mit-  
 tel haben vnd erkennen/vnd wirdt darumb/ so man aller Stätt wegen bey  
 Keyserl. Majest. oder des heiligen Reichs Ständen / oder auch sonstien  
 Handlung pflegen thut / der Titul der Freyen vnd ReichsStätt † ge- 30  
 meiniglich copulativè gesetzt : wie dann solcher Titul in des Keyser-  
 lichen Fiscals Registern / vnd des heiligen Reichs Antegung / Item in  
 Reichs Abschieden / &c. oder anderen Handlungen / mit oder gegen densel-  
 bigen auch copulativè gesetzt vnd eingeschrieben ist. Da aber ein Unters-  
 cheid † darunter zu begründen vnd zu suchen / ist allezeit darfür gehalten 31  
 worden / daß eine ReichsStätt mehr gefreyet ist dann die andere / vnd  
 nemlich in Teutschen Landen / des freyen Abzugs an Gütern / oder aber  
 der Pensionen halben / daß dartin kein Leibeigener oder sonst dienstbar  
 verpflichteter Mann vnd Erben seyn können/die sich (wo sie etwan nach ihrer  
 gelegenheit an andere Ort oder Herrschafft verziehen wollen) mit der er-  
 sten Obrigkeit abtragen / oder abledigen müssen. Vnd werden dermassen  
 etliche Stätt / als Vlm / Nürnberg / Hailbrun / Schwäbischen Hail/  
 Eßlingen/vnd dergleichen befunde/ mit denen man sich mit Abzug schwär-  
 tlich abkauffen muß. Aber herwiderumb ist solches in anderen Stätten  
 nicht im brauch/als zu Straßburg/ Speyer/Wormbs/darumb sich auch  
 dieselben gemeintlich Freye vnd ReichsStätt nennen/licet quantum  
 ad hanc ultimam attinet, valde dubitet *Gylman. tom. 3. Symphor.*  
*fol. 143. num scilicet cives des Abzugs gefreyet? cum & incolæ de*  
*bonis immobilibus in territorio Civitatis sitis teneantur dare*  
*Schoß & Abzug/ si descendentes vendant, &c.*

Alia est ratio, quod plurimæ † Civitates Imperii teneantur 32  
 Imperatori quotannis ad certam pecuniarum summam quasi  
 pro tributo, vel alio subsidio, aut aliâs saltè in similem reco-  
 gnitionem, si non quotannis, tamen certis modis vel conditio-  
 nibus, puta quotiescunque Imperator aliquam civitatem tran-  
 sit vel ingreditur, cujus ratione & intuitu non sunt liberæ, sed  
 merè ac propriè imperiales. Dann das Wort / Keyserliche Freye  
 ReichsStätt restringit libertatem illam. Aber die rechte wahre vnd  
 grundsliche † vrsach vnd vnderscheid solcher Namen bedunckt mich die 33

seyn / daß diese proprie ac præcellenter FreyStätt (neben dem Titul der ReichsStätte) seyn vnd genant werden sollen vnd mögen/welche sonderliche fürtreffentliche Freyheiten von Keyserlicher Majestät von alters erlangt vnd herbracht/oder dessen gegründte vrsach haben/daß sie von denen gemeinen Reichs Untagen in vielen fällen eximirt vnd außgezogen sind/ daß sie solche nicht/wie andere gemeine ReichsStätt vnd Stände tragen vnd leiden müssen. Alsdann sind etliche der ReichsStätt vnd auch anderer / die in finibus & limitibus Imperii ligen/ vnd darumb sonst außserhalb des Reichs zufällige beschwården/ von außstossenden Herrschafften oder Keyserlichen Majestät Erbstanden haben vnd gewarten müssen : wie man dann von Wilsang anzeigt/daß dieselbe vnd andere mehr von vielen sachen in gemeinen beschwården des Reichs/vnd Untagen gefreyet seyn/ vnd nicht wie andere ReichsStätte gehalten werden/wiewol sie auch zum Reich gehören. *Idque ex speciali privilegio concessio. vide tractatum Wehneri de mod. appell. ac privileg. appell. cap. 3. n. 3. verb. Wilsang.*

- 34 Es kan aber zum ¶ wenigsten hieran sein vnderscheid genossen werden/ daß sich diese FreyStätt nennen mögen / welche je vnd allwege von altershero keinen andern Oberherren/dann Keyserliche Majestät/oder das Römische Reich erkant vnd gehabt haben : Aber diese allein proprie ReichsStätt vnd FreyStätt seind/die vorzeiten andere Herren gehabt/vnd sich erst nachfolgendes davon eximirt vnd außgezogen / vnd ohne mittel zum Reich gebracht vnd erkaufft hetten : wie dann mit Neutlingen vnd Eßlingen/ & quibusdam aliis bey Menschen gedencen geschehen seyn soll.
- 35 *Gylman. tom. 3. Symphor. fol. 143.* Ergo proprie Liberæ ¶ Civitates vocantur Freye Stätte / quæ semper & ab ævo nullum alium superiorem præter Imperatorem agnoverunt: ReichsStätt verò, quæ aliis quidem subjectæ, postmodum autem exemptæ fuerunt, & immediatè subjectæ imperio conventionibus. Hæ tamen rationes differentia non sufficiunt *Rutgero Rulando lib. 5. p. 2. c. 4. n. 41. ubi Aquisgranum patriam suam commendat, & hanc quætionem tractat; An ReichsStätte habeant jus Archivi? Hæc. p. 111. Wehnerus.*

Latè etiam eadem de re discurret *Rutger. Ruland. dicto modo loco. Bertinam. de Comit. apud Arum. discurs. 9. conclus. 44.* Ego planè, ut *suprà dixi*, nullam realem ¶ puto esse differentiam inter ReichsStätte & Freye ReichsStätte, Et in novissimis Imperii constitutionibus non solum promiscuè hæ appellationes usurpantur, sed etiam ut plurimum conjunguntur copulativè Freye vnd ReichsStätte. *N. N. Anno 1542. §. Die Freye vnd Reichs Stätte/ auch andere Stätte/ so den Fürsten oder anderen Herrschafften zugehören. N. N.*

de Anno 1544. §. Und nembtlich sollen alle, *ibi*: Die Frey vnd Reichs  
 Städte. Idque ex infinitis aliis locis apparet. Unde nec inter i-  
 plos Camerae Imperialis Assessores de hac differentia convenit,  
*ut apparet ex Auctore decis. sive praesudic. Imper. verb. Civitas. De Civi-*  
*ratibus Municipalibus von Fürsten oder Land. Städten hinc non dis-*  
*seram, & qui de earum jure cognoscere cupit, adeat Matth. Steph.*  
*de jurisd. lib. 2. part. 2. c. 2. per tot. Item Zigler. in comm. conclus. ad aur.*  
*prax. Calvol. §. Civitas. per tot.*

Coronidis loco de Civitatibus foederatis, quae † Ansatice seu 37  
 Hansaticae dicuntur, & partim ex Imperialibus, partim provin-  
 cialibus Civitatibus constāt, paucis agere lubet. Et quidem pau-  
 lō ante † tempora Friderici I. Imp., circa annum Christi 1200. 38  
 primitus ita coire coeperūt, *ut tradit Wehner. in pract. observ. verb.*  
*Hanse Städte. vel, ut alii volunt, † circa annum Christi 127. ut opi-*  
*natur Waremund. ab Ehrenberg de foederib. lib. 1. cap. 2. n. 44. Et quic-*  
*quid sit quoad originem, † constat tamen à Carolo IV. Imp. 40*  
 hoc foedus confirmatum esse, *ut videre est ausi der vereinigten*  
*Teutschen Hanse Städte Verantwortung de Anno 1609.*

De notatione illius appellationis † variae rursus sunt Scripto- 41  
 rum conjecturae. Quidam volunt dici civitates Hanseaticas quasi  
 Handel Städte/à commerciis, quae in iis vigent, quod potius rea-  
 lem significationem quam nominis allusionem ostendit, *Matth.*  
*Stephan. lib. 2. p. 2. cap. 3. n. 4. Quidam ab antiquo verbo Gothico 42*  
 † Anse/ quo Proceres & Heroës denotabantur, denominatio-  
 nem accepisse putant, eique voci literam H successu temporis 42  
 melioris euphoniae gratiā adjectam, *Besold. disp. polit. 6. class. 2. th. II.*  
 quam tamen allusionem & derivationem non probat. *Rutger.*  
*Ruland. de Commissar. lib. 5. part. 2. c. 4. n. 56. mihi tamen non adeo 43*  
 remota videtur, siquidem adhuc hodiè in inferiore † Saxonia &  
 Westphalia in usu loquendi populari & vulgari, si qui supra  
 sortem suam videri & aestimari volunt, ironice Hansi appellan-  
 tur, *dat willen grote Hånse sten: Item/ ein geweltdiger Hans. Et non in-*  
 frequens est ille modus loquendi apud omnes ferè, *Es sey groß*  
*Hans/ oder Klein Hans/ ex quibus apparet, illam vocem olim ali-*  
*quid magni & praecipui denotasse. Quamvis postremis mori-*  
*bus in deteriolem partem sumatur. Nam & Tyranni nomen o-*  
*lim honestum, hodiè improbum.*

Non inconueniens † est etiam eorum notatio, qui eas à See/ 44  
 i.e. mari, quia major earum pars mari adjacet, denominatas  
 autumant, quasi an See Städte/ h.e. ad mare sitae civitates, *Rutger.*  
*Ruland. alleg. mod. loc. Et hanc notationem multae firmare viden-*

- tur locutiones in novissimis Imperii constitutionibus, in quibus sæpè dicuntur See vnd Unsee Stätte. *R. U. de Anno 1548. §. Vnd als ersuch in solcher Ringerung. ibi: Daß mit den See vnd Unsee Stätten gehandelt werde. & de Anno 1521. §. Der sechste Kreyß. Aliquando vero dicuntur Hayn vnd See Stätte. R. U. zu Speyer de Anno 1542. §. Demnach haben wir auff der Churfürsten. R. U. de Anno 1544. §. Demnach haben wir auff der Churfürsten. ibi: Wie auch die Hayn vnd See Stätte. R. U. de Anno 1566. §. Die Hayn vnd See Stätt belangend. Aliquando Hansa vnd See Stätte. R. U. de Anno 1603. §. Vnd das*
- 45 mit dise Hülffe zu desto besser Würckigkeit. Ex hisce modo † allegatis & aliis Imperii recessibus apparet, daß die Hånfsche Societet jetz derzeit auch in des H. Römischen Reichs Recessen vnd Abschieden vor ein sonderlich corpus vornemlichen in des Reichshülffen gehalten worden/ vnd noch. *Wehrer. in pract. obs. verbo, Freye vnd Reichs Stätte. p. 180.*
- 46 Pariter & hoc exinde apparet, quòd illa societas † Ansatium Civitatum ab Imperatoribus & Imperio sit comprobata, tanquam licita, utilis & honesta, quæ tendit ad commerciorum faciliorem expeditionem, & externam rerum & libertatis tuitionem, uti habetur in der vereinigten Teutschen Hanse Stätte Verantwortung de Anno 1609.

- 47 Non tamè defunt † qui hanc confœderationem, quoad nonnullas Civitates, speciem conspirationis sapere asserunt, cùm multæ civitates eò comprehendantur aliorum Imperio subjectæ, quæ neque Regalia à Cæsare Imperiove habent, & superiorem Magistratum præter Cæsarem agnoscunt, quibus & alii Principes mandare possunt, quæ etiam nec in Comitibus, nec in circularibus conventionibus sessionem & votum, neque in matriculâ sunt comprehensæ, neque Cæsari contributionem solvunt, sed Principibus: ita scribit *Waremund. ab Ehrenberg de fœderib. lib. 1. c. 2. sub n. 44.*

- Verùm quòd hoc fœdus etiam quoad hæc Civitates, quæ non immediatè Imperio parent, comprobatum sit ab Imperio, ex suprâ allegatis manifestè apparet constitutionibus, quod tamen † salvo cujusque Principis, cui ejusmodi Civitates sub-
- 48 sunt, jure Dominico & superioritate intelligendum, *R. U. de Anno 1566. §. Die Hayn vnd See Stätte. ibi: So haben wir vns auch mit Churfürsten/ Fürsten vnd Ständen/ auch den abwesenden Råthen vnd Boetschafften dahin erinnert vnd verglichen/ daß in berührter Handlung dise bescheidenheit gehalten werden soll/ damit den Churfürsten vñ Obrigkeit an ihrer habenden Berechtigtheit/ Superiorität/ Obrigkeit/ vnd was in ihre Contribution/ Steuer vnd Anschlag gebüret vnd zustehet/ nichts*

nommen: diese Städte auch von ihnen den Churfürsten / Fürsten vnd  
 Obrigkeiten nicht aufgezo gen / oder denselben dardurch in einigem wege  
 kein abgang erfolge.

Hinc cum aliquando de ¶ quarundam Civitatum, se hac oc. 49  
 casione eximere conantium, querelæ Principum & Magistra-  
 tum ad Imperatorem & Imperium in Comitibus Augustanis de-  
 laræ essent, daß ehtliche Fürsten vnd Herren Städte / ihrer Landsfürsten  
 Gebott nicht geachtet / noch ihren gemeinen Pfening einfordern / vil we-  
 niger in ihrer Landtsfürsten vnd Fürstenthumb gemeine Rißen vberant-  
 worten vnd einwerffen wollen / zu nicht geringer Beschwörung vnd Un-  
 richtigkeit / so sich allwege / sonderlich im Nider sächsischen Kreis derwegen  
 zugetragen / auch den Ständen / so solche Städte haben / an ihren Hohens-  
 Ober. vnd Gerechtigkeiten zu nachtheiligem Abbruch / dardurch etliche  
 Underthanen sich von vns auß ihrer Obrigkeit schuldigen Gehorsam zu  
 entziehen vnd befreien zu suchen vndersehen möchten. R. U. de Anno 1548.  
 §. Vnd als erstlich in solcher Ringerungshandlung.

Quamobrem ut ejusmodi confusionibus obviam iretur, in  
 iisdem ¶ Comitibus Augustanis decreta Commissio, vmb Vertche 50  
 einzunehmen / wie es vmb vielgeneldte See vnd Ansee Städte gelegen /  
 wer dieselben sind / wie sie genant / wo sie gelegen / ob vnd wie sie sind dem  
 Reich oder anderen Ständen vnderworfen / mit anderen nothwendigen  
 vmbständen / darauff auch der Churfürst von Meynz der Keyf. Maj. vnd  
 gemeinen Ständen Relation thun sollen. d. Recept. de Anno 1548. §. Sol-  
 chen zu begegnen. Ex quibus ¶ & similibus apparet, quod etiam 51  
 Civitates mediæt Imperio subjectæ, salvis tamen juribus Prin-  
 cipum & Dominorum, licitè in hoc fœdere contineantur.

Et licet quædam Civitates insolenter ad alium illicitum finem  
 hanc confœderationem extendere voluerint, per hunc tamen  
 abusum verus finis absorberi non debet. Ideoque rectius illa  
 insolentia emendanda, quàm tota societas propterea culpanda  
 aut dissolvenda, quæ sicut robore, potentiâ & viribus pollet, ita  
 etiam urgentibus imperii fatis & necessitatibus succurrere po-  
 test. R. U. de Anno 1566. d. §. Die Hayn vnd See Städte. circ. fin. ibi:  
 Diueit es aber ansehentliche vermögliche Städte /c. Sunt tamen ¶ qui 52  
 dicunt, eas domesticis insidiis & privato commo fascinatæ  
 hac potentiâ ingenti uti nescire, cum homines alant aliis Regi-  
 bus & Principibus addictos & obligatos & concionatores ad  
 quælibet vulgus incitantes, Waremund. ab Ehrenberg de fœderib.  
 lib. I. d. c. 2. n. 45. Vereor tamen hæc potiùs ex affectu, uti & ea quæ  
 antea relata sunt à Waremundo, scribi.

Civitates Ansatice olim in tres, ¶ hodiè Borussia accedenti 53  
 bus

bus in quatuor classes seu Metropoles, atq; Quartit vnd Haupt  
Stätte/nemblichen Lübeck/Edin/Braunschweig vnd Danzig/distribu-  
tae sunt, *Matth. Wehner. in pract. observ. verb. Hansee Stätte.*

- 54 Cæterum, quia tam amplæ † societatis negotia sine con-  
ventibus & legationibus expediri non possunt, quotannis Lu-  
becæ conveniunt, ubi etiam Archivum suum habent, *Rutger.  
Ruland. de Commissar. lib. 5. p. 2. d. c. 4. n. 6.* Cui non adversatur c. con-  
venticula. de pace tenend. 2. Feud. 53. l. conventicula. C. de Episc. & Cler.  
ubi conventicula privatorum prohibentur; quia illa jura lo-  
55 quuntur de conventiculis † illicitis. Anstatorum autem societas  
cùm licita sit, etiam conventicula illa, sine quibus consistere non  
posset, licita censenda sunt; cui enim aliquid permittitur, omnia  
permissa esse censentur, sine quibus id, quod permissum est,  
commodè expediri non potest, *text. in l. 2. & ibi Bar. & Dd. ff. de  
jurisd.* Neque hoc collegium privatorum loco habendum, cùm  
membra habeat jura regalia & Principis obtinētia, *Matth. Steph.  
d. loc. sub n. 3.* Quot & quæ Civitates sub hoc fœdere continen-  
tur, nominatim enumerat *Wehner. & Matth. Stephan. locis modò  
allegatis.*

## CAP. XXI.

CONTINET CATALOGVM, ET ENUME-  
rationem singularem omnium Statuum  
Imperii.

Cùm in præcedentibus capitulis latiùs de Imperii Statibus  
actum sit, in gratiam juniorum, catalogum Statuum subji-  
cere volui, ut eò plenius singulorum enumeratione de iis cog-  
nitio hauriatur. Itaque enumerationem subjiciam eo ordine, quo  
eam fecit *Paurmeist. lib. 2. de jurisdic. c. 1. n. 17.* *Matth. Wehner. in  
pract. obs. verb. Reichs Stände.* Series itaque & ordo Statuum mo-  
dernorum hic est.

PRIMÒ, septem Principes, Electores: ex Ar-  
chiepiscopis III.

Moguntinensis, Sacri Rom. Imperii per Germaniam Archicancel-  
larius.

Trevirensis, S. R. Imperii per Galliam & regnum Arelatense Archi-  
cancellarius, Gallie Belgicæ Primas.

Coloniensis, S. R. Imperii per Italiam Archicancellarius.

## EX Principibus Politicis 4.

Rex Bohemiæ, Sacri Romani Imperii Archipincerna.

Comes Palatinus Rheni, S. R. Imperii Archidapifer.

Dux Saxoniz, S. R. Imperii Archimarschallus.

Marchio Brandenburgensis, S. R. Imperii Archicamerarius.

SECUNDÒ, præter Electores  
IV. Archiepiscopi.Magdeburgensis, ex antiquo Germaniæ instituto, & prerogativa  
per Germaniam Primas, Magdeburg.Saltzburgensis, qui perpetua quadam Pontificis Maximi legatione  
fungitur, & Legatus natus sedis Apostolicæ appellatur, Saltzburg.

Bremensis, Bremen.

Vesontinus, Bisanz. quidam addunt

Rigensem, Vüga.

(Hos sequitur Magister Ordinis Teutonici: qui in dignitate major est  
Episcopo, veluti Archiepiscopi vires subiens, & in Comitibus Imperii, Ruff  
der Geistlichen Fürstenbanck hat der Hochmeister Teutsches Ordens die  
nächste Session nach den Erzbischoffen/vnd den Vorisz vor allen Bischof-  
fen. Ryland, de Commiss. parte 2. lib. 2. cap. 11. n. 40. lit. c. fol. 56. N. N. 318  
Augspurg Anno 1528. in catalogo subscript.)

TERTIÒ, Episcopi, quorum hoc tempore unus  
& triginta in Comitibus locum habent.

1. Bambergensis, Bamberg. Nam hic est uti Archiepiscopus in sua  
ditione, nullumque agnoscit Metropolitanum vel Archiepiscopum. Et  
frey Keyserlich Stifft.

2. Würtzburgensis, Würzburg.

3. Wormatiensis, Worms.

4. Spirensis, Speyer.

5. Strasburgensis, Straßburg.

6. Eichstadiensis, Eichstätt.

7. Augustanus, Augspurg.

8. Constantiensis, Constanz.

9. Hildesheimensis, Hildesheim.

10. Padebornensis, Padelborn.

11. Verdensis, Verden.

12. Halberstadiensis, Halberstadt.

13. Monasteriensis, Münster.

14. Osnaburgensis, Osnabrück.
15. Passaviensis, Passau.
16. Freisingensis, Freysingen.
17. Basiliensis, Basel.
18. Ratisbonensis, Regensburg.
19. Mindensis, Minden.
20. Lubecensis, Lübeck.
21. Verduensis, Verdun.
22. Cameracensis, Cammerich.
23. Metensis, Metz.
24. Tulliensis, Tull.
25. Leodicensis, Lüttich.
26. Tridentinus, Trident.
27. Brixensis, Brixen.
28. Sittenensis, Sitten / sive Valesiensis, Vallis. *Recess. Imperii Augustæ Anno 1582. fol. 704. & seq. in catalogo subscript.*
29. Losannensis, Losanna, *Recess. Imperii Ratisbonæ Anno 1594. fol. 732.*
30. Curienensis, Chur / in Helvetia. *Hosce tres posteriores non recenset Paurmeisterus loco supra allegato.*

Principibus hisce Ecclesiasticis ex veteri Prælatorum ordine adscripti sunt :

1. Magister Ordinis Equitum Teutonicorum sive Marianorū.
2. Abbas Fuldenensis, Augustæ Archicancellarius & Germaniæ Primas, *Stift Fulda.*
3. Abbas Hirschfeldiensis, *Stift Hirschfeld.*
4. Abbas Murbacensis, *Stift Murbach.*
5. Abbas Campidonensis, *Abt zu Rempten.*
6. Magister Ordinis Equitum Divo Johanni sacrorum, *Metz*  
*Per des Ritterlichen S. Johannis Orden in Teutschen Landen.*
7. Præpositus Elbangelis, *Propst zu Elbangen.*
8. Præpositus & Archipresbyter Berchtoldagensis, Abbas olim vocatus, decreto Spirensi, Anno 1529. *Propst vnd Erzprie*  
*Per zu Berchtoldsgaden vel Berchtersgaden.*
9. Abbas Corbejenensis, *Abt zu Corvey.*
10. Abbas Prumensis, *Abt zu Prüm oder Prum.*
11. Abbas Stabulensis, *Abtey Stabell.*
12. Abbas Ludrensis, *Stift Lüders.*

QUARTO, Principes Politici, quorum 18. sunt  
familiaë.

1. Archiducum Austriaë, vulgo Erzhertogen zu Oesterreich. Archiducum Austriaë duæ sunt linea: Prima Ferdinandi, quæ proprie AUSTRIACA; Altera à Carolo V. Imp. deducta, BURGUNDICA appellatur.

2. Ducum Bavariæ in duas itidem lines distincta, quarum una communi nomine BAVARICA, altera PALATINA vocatur, Pfaltz: Weyrn.

3. Ducum Saxoniae, Marchionum Misnie, & Landgraviorum Thuringiæ, Hertogen zu Sachsen/Marggraffen zu Meissen/vnd Landgraffen in Thüringen.

4. Marchionum Brandenburgensium, Marggraffen zu Brandenburg.

5. Ducum Brunsvicensium & Lüneburgensium, Hertogen zu Braunschweig vnd Lüneburg.

6. Ducum Juliaccensium, Hertogen zu Büttich/Cleve vnd Berge.

7. Ducum Pomeraniæ, Hertogen in Pommern.

8. Ducum Megapolitanorum, Hertogen zu Mechtelburg.

9. Ducum Würtembergensium, Hertogen zu Würtemberg.

10. Landgraviorum Hassiæ, Landgraffen in Hessen.

11. Marchionum Badensium, Marggraffen zu Baden.

12. Ducum Saxoniae inferioris sive Lauenburgensium, Sachsen Lauenburg.

13. Ducum Holsatiæ, Hertogen zu Holstein.

14. Landgraviorum Leuchtenbergensium, Landgraffen zu Leuchtenberg.

15. Ducum Sabaudiaë, Hertogen zu Saphon.

16. Principum Anhaltinorum, Fürsten zu Anhalt.

17. Ducum Lotharingiæ, Hertogen zu Lothringen.

18. Comitum Arnbergiorum, à Divo Maximiliano II. inter Imperii Principes susceptorum.

Comites Hennebergenses werden von Sachsen versprochen.

QUINTO, Prælati, & primò Abbates & Præpositi secundùm matriculæ ordinem.

Reichenaviensis, Reichenaw.

Weissenburgensis Præpositus, Propst zu Weissenburg.

Weingartenensis, Weingarten.

Salmensyycilensis, Salmensweiler.

- Walckenrietenſis, Watckenrieth.  
 Marthalenſis, Marktthal.  
 Oldenheimenſis, Oldenheim.  
 Elchingenſis, Etchingen.  
 Wethuſanus Præpoſitus, Bettenhauſen.  
 Petershuſanus, Petershauſen zu Coſteng.  
 Keiſersheimenſis, Keiſersheim/Keiſsheim.  
 Heimerani Ratiſbonenſis, S. Heimeran in Regenspurg.  
 Weiſſenaviensſis ſeu minoris Augie, zu Minderaw/genant Weiſſenaw. Item zu Dw/genant Minderow.  
 Schuffenritenſis, Schuffenrieth.  
 Roggenburgenſis, Rothenburg.  
 Ochſenhuſanus, Ochſenhauſen.  
 Gengenbacenſis, Gengenbach.  
 Monasterienſis, Münſter in S. Gregorien Thal.  
 Monchenrodenſis, Münchenroden.  
 Monasterii Corneliani, Corneli Münſter oder des Keyſ. Stiffts auff der Iden oder Jnden/oder in der Inſeln bey Nach.  
 Werdenſis, Werden in Weſtphalen.  
 Ursbergenſis, Ursberg/Ursberg.  
 S. Ulrici & Afræ Auguſtanus, S. Ulrich vnd Afra zu Augſpurg.  
 Irſchenſis, zu Irſee/Hieſer/vel Irſin.  
 Helmſtadenſis, Helmſtatt.  
 Quibus adjecti & alii, ut ex ſubſcriptionibus decretorum Comitialium apparet.

## Abbatiffæ.

- Quedlinburgenſis, Quedtenburg.  
 Effenſis, Effen.  
 Hervverdenſis, Herwerd/Herword.  
 Monasterii inferioris Ratiſbonenſis, Nidermünſter in Regenspurg.  
 Monasterii ſuperioris Ratiſbonenſis, zu Obermünſter in Regenspurg.  
 Lindavienſis, Lindaw.  
 Gerenrodenſis, Gerenroda.  
 Buchavienſis, Buchaw am Federſee.  
 Rotmünſterienſis, Notenmünſter bey Notweit.  
 Heckbacenſis, Heegbach.  
 Guttenzellenſis, Guttenzell.  
 Binteniſis, zu Beind.  
 Andlavienſis, Andlaw.  
 Gandersheimenſis, Gandersheim.

Ex his etsi pleræque Principum honorem & titulum gerunt; tamen quoad locum in consensu ac dictionem sententiæ parum reliquis jure censentur.

Prælati annumerantur Commendatarius Provincialis, Confluentinus zu Cobelenz/ Item Alsatix & Burgundix, Land, Commenthur der Bateyen Elsaf vnd Burgund. Austriax enim & Etschlandix Baillivi, ut vocant, ab Archiducibus eximuntur, die Batey in Desterreich/ vnd die Batey an der Edsche im Gebirg ad Athesin.

SEXTO, Comites & Barones, hac serie.

Helffenstein.  
Lüpfen.  
Mondfeld.  
Hohengeroltheck Barones.  
Dtingen.  
Neupoltzkirch Barones.  
Sulz.  
Hohenzollern.  
Erbruchessen.  
Barones in Waldburg.  
Castell.  
Hohentoth.  
Limpurg Semperfreyen.  
Erbach.  
Schwarzenburgt.  
Hohentandsberg.  
Leiningen Dachsberg.  
Hanaw.  
Nassaw.  
Eichenberg.  
Sotms.  
Salm.  
Winnenberg Barones.

Wilde: vnd Rheingraffen.  
Fürstenberg.  
Zimbern.  
Eberstein.  
Sann.  
Zengen.  
Zübingen.  
Mansfeld.  
Stolberg.  
Barbey.  
Gleichen.  
Schwarzenburg der vier Grafsen des Reichs.  
Neussen Barones.  
Wiedt.  
Ostfriesland.  
Lippe.  
Oldenburg.  
Waldeck.  
Bentheim.  
Brumckhorst Badenburg.  
Ortenburg.  
Schaumburg.

Barones.

Schonburg.  
Manderschied.  
Kriechingen / Königseck vnd  
Luiendorff.  
Pirmont vnd Wolffstein,  
Baumgarten.  
Grasseneck.

Reichsretrein,  
Fugger.  
Steckenslein.  
Gensheim. (berg.)  
Herren Schencken von Lantens  
Herren von Birnbaum.  
Herren von Degenberg/187.

## SEPTIMÒ, Liberæ Imperii Civitates.

Regensburg.  
 Augsburg.  
 Nürnberg.  
 Rothenburg an der Tauber.  
 Weissenburg am Nordgaw.  
 Schwäbisch oder Thonawerth/  
 jam Duci Bavarizæ, pro-  
 pter bannum Imperiale  
 subiecta, &c.  
 Winshheim.  
 Schweinsfurt.  
 Wimpffen.  
 Heilbrun.  
 Schwäbischen Hall.  
 Nörlingen.  
 Dünckelspiel.  
 Bim.  
 Giengen.  
 Wopffingen.  
 Rempten.  
 Buchorn.  
 Ravensspurg.  
 Wieberach.  
 Lindaw.  
 Cosnitz.  
 Straßburg.  
 Keyfersberg.  
 Colmar.  
 Schlettstatt.  
 Rotweil.  
 Hagenaw.  
 Weissenburg am Rhein.  
 Obernehenheim.  
 Nossheim.  
 Speyer.  
 Wormbs.  
 Franckfurt.  
 Friedberg.  
 Hriem.

Schwäbischen Gemünd.  
 Eßlingen.  
 Neurtlingen.  
 Weill.  
 Pfullendorff.  
 Kauffbeurn.  
 Ubertlingen.  
 Wangen.  
 Ysun.  
 Lentkirch.  
 Memmingen.  
 Gostlar.  
 Türckheimb.  
 Verden.  
 Geinhausen.  
 Weßlar.  
 Cöln.  
 Nlach.  
 Offenburgt.  
 Landaw.  
 Gengenbach.  
 Zell am Haynerbach.  
 Lübeck.  
 Hamburg.  
 Dortmund.  
 Mühlhausen in Thüringen.  
 Northausen in Thüringen.  
 Münster in S. Gregorien Thal.  
 Herwerden.  
 Cammertich.  
 Sunt & matriculæ insertæ  
 Gedanū & Elbinga à Po-  
 lonis avulsi. Itē Niderwesel/  
 Cost / Brauel / Warberg/  
 Lemgaw / Verda / Herwerda/  
 & aliz, de quib. inter Prin-  
 cipes eas eximere conan-  
 tes & fiscalem Imperii lis  
 indefinita pendet.